negauit: cui nichil tunc negabatur. In carcere Socrates disputauit, et exire cum essent qui permissterent fugam, noluit, remansitq; ut duar; rerum grauissimarum hominibus metu demeret: mortis et carceris. Mutius ignibus manum imposuit. Acerbum est viri: quanto acerbius: si id te fatiēte patiaris. Aides hossem non eruditum nec vallis preceptis contra mortem: aut dolorem subornatum. militari tantu; robore instructum. penas a se irriti conatus exigentem. spectator desillatis in hostili foculo dextre stetit. nec an remouit nudis ossibus fluentem manu; q; ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit: nichil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus. q; crudelitas ad irroganda. Facilius Poisenna Mutio agnouit quē voluerat occidere. q; sibi Mutio q; non occiderit. decantate inquis in oībus scholis fabule iste sunt. Tu michi cum ad contempnendum mortem ventum fuerit Catonem narrabis. Quid ne ego narrem? Ultima illa nocte q; Platonis librum legētem posito ad caput gladio.. duo hec in rebus extremis instrumenta, p; sperperat: alterum ut vellet mori: alterum ut posset. Compositis ergo reb; vtcūq; cōponi frakte atq; ultime poterant. id agendum existimauit. ne cuius Catonem: aut occidere licet. aut seruare pringeret. et stricto gladio quēvsq; in illum diem ab omni cede purum seruauerat. Nichil inquit egisti fortuna omnibus conatis meis obstante nō p; me adhuc. sed p; patria libertate pugnaui. nec agebas tanta partinacia ut liber. s; vt inter liberos vliuerem. nūc qm̄ deplorate sunt res generis humani. Cato deducat in tm̄tu. impressit deinde mortiferū corpori vulnus. quo obligato a medicis. cum minus sanguinis haberet minus virium animi. Idem iam non tantum Cesari. sed sibi iratus nudas in vulnus manus egit. et gener osū illum cōrēptorēq; oīs potentie spiritū nō emisit. sed esecit. Non in hoc exempla hec cōgero. vt ingenium exerceam. s; ut te aduersus id qd maxime terrible videat exho iter. Facilius autem exhortabor. si offendero nō tantū fortis viros hoc momentū est laude anime con-

tempissime; sed quosdam ad alia ignauos; in hac re equasse animū fortissimo  
rum. sicuti illum. Enei Pompei sociū Scipionē; qui contrario in Africā  
vento relatus. cū tenerī nauē suā vidisset ab hostibus ferro se transuerbe-  
rauit. et querētibus vbi. Imperator esset Imperator inquit se bene habet.  
Uox hec illi parem maioribus fecit et fatalē Scipionib⁹ in Africa gloriā  
non est interrūpi passa Multe fuit. Cartaginē vincere; sed amplius mortē  
Imperator inquit bene se habet. Analiter debebat Imperator quidem.  
Catonis mortis Non renoco te ad historias; nec ex oībus seculis cōtempto-  
res mortis qui sunt plurimi colligo. Respice ad hec nostra tēpora. de quoꝝ  
languore. ac delitiis querimur. Omnes ordīns hoīes succurēt. oīs fortu-  
ne omnis etatis. qui mala sua morte p̄ciderint. Nichil crede Lucillī: adeo  
mors timenda nō est. vt beneficio eius nichil ante ferendū timendum sit.  
Securus itaq; inimici minas audi. et Qūis conscientia tua tibi fiduciam fa-  
ciat. tamē q̄ multa extra causā valent. et quod equissimū est spera. et ad id  
te quod est iniquissimū para. Illud autē ante oīa memēto demere rebus tu-  
muliū ac videre quid in quaſiq; re sit. scies nichil esse in istis terrible. nisi  
ipsum timore. Quod vides accidere pueris. hoc nobis quoq; maiuscūlis  
pueris evenit. Illi quos amant. quibus assueverunt. cū quibus ludunt. si p-  
sonatos vident expauescunt. non hominibus tantū. sed rebus persona demē-  
da est: et reddenda facies sua. Quid michi gladios et ignes ostendis et tur-  
bam carnificū circa te frementem? Tolle istam pompa sub qua lates et stu-  
tos territas. mors est. quā nuper seruus meus. quā ancilla contēpsit. Quid  
tu rursus michi flagella et eculeos magno apparatu explicas? Quid tu sin-  
gulis articulis singula machinamenta quibus extorqueantur apta et mil-  
le alla instrumenta ex carnificandi particulatiōnē hominis? Pōone ista que  
nos obstupe faciunt. Jube contices cere gemitus et exclamatiōnes. et vocis  
inter lacerationes elisarum acerbitatē. Nempe dolor est quem podagri  
cus ille cōtemnit. quem stomathicus ille in ipsis delitiis p̄fer. quē in puer-  
o. i.

*Epistolarum*

*optime dictu*  
perio puella perpetitur. leuis est si ferre possū. brenis est si ferre nō possū.  
Hec in aiovoluta que sepe audiisti. sepe dixisti. sed an vere audieris. an vere  
dixeris effectu. pba. Hoc enī turpissimum est. qd nobis obisci solet. verba nos  
philosophie. nō opera tractare. Quid tu nūc primū tibi mortem imminentē  
scisti. nunc exilium. nūc dolorem? In hoc natus es. quicquid fieri pot. quast  
futurū cogitemus. qd facere te moneo: s scio te certe fecisse. Hūc admoneo  
vt animū tūsi nō mergas in istam sollicitudinē. Hebet abit ei et minus habe  
bit vi goris cum exigendum erit. adhuc illum a priuata causa ad publicam  
dic mortale tibi et fragile corpusculum esse. cui non ex iniuria tantū. aut ex  
potentioribus vi ribus denunciabit dolor. s ipse voluptates in tormenta ver-  
tunt. Epule cruditatem afferunt. ebrietates neruorum torporē tremoreq. ubi  
dines pedum. manum articuloꝝ omnium deprivationes. Mauper siā iter  
plures ero. exul siā. ibi me natū putabo quo mittar. Alligabor. Quid ei?  
Hūc solutus sum. ad hoc me natura graue corporis mei po ndns astrinxit.  
moriar hoc dicis. desinam egrotare posse. desinam alligari posse. desinam  
morti posse. Non sum tam ineptus vt Epicuream cantilenam hoc loco per-  
sequar. et dicam. vanos esse inferoplumetus. nec Iōnem rota nolui. nec sa-  
xum humero Sisyphi trudi in aduersum. nec cyllinus viscera. et renasci posse  
quotidie. et carpi. Nemo tam puer est. vt Cerberum timeat. et tenebras. et  
Iarualem habitū nudis ossibus coherētiū. Mors nos aut psumit. aut exuit  
emissis meliora restant onere detracto. consumptis nichil restat. bona pari-  
ter malaꝝ submota sunt. Permitte michi referre hoc loco tuum versum. si  
prius admonuero. vt te in dices nō aliis scripsisse ista s etiam tibi. Turpe ē  
aliud loqui. aliud sentire. quanto turpis aliud scribere. aliud sentire. Me  
ministe illum locum aliquā tractasse. nō repente nos in mortē incidere. s mi-  
nutatim pcedere. Quotidie morimur. quotidie enim demisur aliqua pars  
vite. et tunc quoqꝝ cum crescimus. vita decrescit. Infantiam amissimus. de-  
inde pueritiam. deinde adolescentiam usqꝝ ad extreum quicquid transit

emporis perit. hunc ipsū quem agimus diem. cum morte diuidimus. quem ad modum clepsydra non extremum stillicidium exhaustit. s̄z quicquid aē defluit. sic ultima hora qua esse desinimus. nō sola mortem facit. s̄z sola cōsumat. tunc ad illam peruenimus. s̄z diuidentur. Nec cum descripsissetes quo soles ore semper quidem magnus. nūq; tamen acris q̄ vbi veritati comendas verba. Dixisti mors non ultima venit. sed que rapit ultima mors ē. Malo te legas. q̄ epistolam meam. Apparebit enim tibi hanc quam timeamus mortem extremam esse non solam video quo spectes. Queris qđ huic epistole insulserim. quod dictum aīcūlus animosum. qđ preceptum utile ex hac ipsa materia que in manibus fuit mittetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt. q̄ eos qui timent. et ait. Ridi eulum est currere ad mortem tediose. cum genere vite. vt currēndū esset ad mortem efficeris. Item alio loco dicit. Quid tam ridiculum. q̄ appetere mortem cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis. His adiicias. et illud eiusdem note. lique tantum hominum imprudentiam esse immo desmentiam. vt quidam timore mortis cogantur ad mortem. Quicquid horum tractaueris confirmabis animum. vel ad mortis vel ad vite patientiā. At in versiqz emonendi ac firmandi sumus. et ne nimis amemus vitam. et ne nimis oderimus etiam cum ratio suadet finire. sed non timere. nec cum pro cursu capiendus est impetus. Ut fortis ac sapiens non fugere debet e vita. s̄z exire. et ante oīa ille quoq; vite affectus qui multos occupauit. libido scilicet moriendo. Est enim mi Lucili. vt ad alia. sic etiā ad moriendo inconsulta animi inclinatio. que sepe generosos atq; acerrime indolis viros corripit. sepe ignavos facentesq; illi cōtemnit vitā hi grauāt. Quos vñz subit eadē factē di vñēdīq; satietas. tvite nō obiū. s̄z fastidii. in qđ prolabi mur ipsa pellēte philosophia. dum dicimus quousq; eadē. Nēpe expgiscar dormiam: satiabor. esuriam. algebo. estuabo. nullius rei finis est. sed in omnib; nera sunt omnia. fugiunt ac sequuntur diem nox premit. dies no-

## Epistola

tem estas in autumnum desinit. autuno hyems instat; que vere compescit  
Oia sic transeunt. ut reuertantur nichil noui video. nichil noui facio. sit alius  
quando et huius rei nausea. multi sunt. qui non acerbum iudicent viuere:  
sed superuacuum. Vale.

¶ Epistola. xxv. De corrigendis et non sueterandis vitis. Et de imagi-  
naria boni viri presentia.

q. God ad duos amicos nos pertinet. diversa via eundum est. alterius  
enivitia emendanda. alterius frangenda sunt. utar libertate tota: non  
amo illum nisi offendio. Quid ergo inquis? Quadragenarius pupilli cogi-  
tas sub tutela tua patinere. Respice etate ei iam duram et intractabilem. non  
pot reformari. tenera finguem. an prefectur sim nescio. malo successu michi:  
¶ fidei deesse. nec desperaueris. etiam diutinos egros posse sanari. si contra  
intemperiam steteris. si multa invitios et facere coegeris et pati. Hec de altero  
qd esatis fiducie habeo. excepto eo quod adhuc peccare erubescit. nutritus est  
hic pudor quod diu in aio ei durauerit. aliquis erit bone spei locus. Cum hoc ves-  
terano parti agendum puto. ne in desperatione siveniat nec nulli tempore aggressi-  
endi melius fuit. ¶ hoc fuerat dum interquiescit. dum emendato silvis est. alius  
hec intermissio ei imposuit: michi uba non dat. expecto cum magno feno re  
sta redditura: que nunc scio cessare. non deesse. Impediam huic rei dies. virum  
possit aliqd agi. an non possit. experiar. Tu nobis te vel facis forte presta. et  
sarcinas patrahe. nichil ex his que habemus necessarium est. ad legem nature re-  
uertamur. divitiae parate sunt. aut gratuitum est quo egemus. aut vile. Manet et  
aqua natura desiderat. nemo ad hec paup est. intra que quisque desiderium suum  
claudit: cum ipsoloue de felicitate contendat. ut ait Epicurus. cum aliquam vocem  
huic epistole innoluam. Sic fac inquit oia tanquam te spectet aliquis. Prodest non  
dubio. custodire sibi iposuisse. et habere quem respicias. quem interesse cogitatio  
nibus tuis iudices. Hoc quidem lumen magnificum est. sic vinerem tanquam sub alicu-  
tus boni viri ac semper patens oculis. Sed ego etiam hoc tentus sum. ut sic facias

quecunqz facies; tanqz specter aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam prosectoris tantu. vt sit tibi etiā tui reverentia. illebit dimissas pedagogū. Interim te aliquorū auctoritate custodi. Aut Cato ille sit tu Scipio. aut Lelius. aut cuius interuentu. perditi quoqz homines via tua supprimerent. dum te efficiis eum cū quo peccare non audeas. Cum hec effeceris. t aliquid ceperit apud te tui esse dignatio. incipiam tibi permittere quod idem suadet Epicurus. Tunc precipue in teipso secede. cū esse cogaris in turba. Dissimilem te fieri multis oportet. dum tibi tutu non sit a te recedere. Circūspice singulos. Nemo est cui non satius sit. cum quolibet esse qz secum. Tunc precipue in teipso secede. cum esse rogeris in turba. si bonus vir. si quietus. si temperans vis esse alioquin in turbam tibi a te recedendum est. Igitur enim malo viro proprius es. Vale.

**E**pistola. xxvi. De non accusando defectum nature. t qualiter boni viri meritum mors excusat. t qz egregium sit mortem discere.

modo dicebam tibi in conspectu esse mee senectutis. iam vere orne senectutem post me relinquerim aliud tamqz an. huic corpori vocabulum conuenit. quoniam quidem senectus lasse etatis nō fratre nomen. est inter decrepitos me numera t extrellum tangentes. gratias ramen michi apud te ago. Non sentio in animo etatis iniuriam cum sentias in corpore tantum vītia t vītorū ministeria senuerunt viget animus t gaudet non multū sibi gaudet esse cū corpore magnā par tem oneris sui posuit exultat t michi facit controuerstiam de senectute. hunc ait esse florem suū credam illi bono suo vta. ire in cogitationē iuuat t dispicere quid ex hac trāquillitate ac modestia mox sapientie debeā. qd etati t diligēt excutere q nō possim facere. que nolim profit ne habitulo aliquod si. quicqd noli. quicqd nō possim non posse me gaudeo. Que enī querela est? Quod in cōmodum si quicquid debet desinere deficit. Incomodum sumū est inquis minuit t deperire t vt proprie dicam liquefcere. Non enim subito impulsi ac prostra d. it.

No. qz foliatu id  
No. bonis prep  
tum

## Epistolarum

ti sumus. carpimur. singuli dies aliquid subtrahunt viribus. et quis exitus  
est melior & in finem suum natura soluente vilabi? Non quod aliquid male est  
ictus & vita repentinus excessus. sed quod leuis hec via est subduci. Ego certe  
velut appropinquet experimentum. & ille latrus sententiam de oibus an-  
nis meis dies venerit. it a me obseruo et allo quo. Nichil est inquit adhuc. quod  
aut rebus. aut verbis exhibuius. Ienit sunt ista et fallacia pignora animi  
multisq; inuoluta lenociniis. quod profecerim. morti crediturus sum. Non timis-  
de itaq; cōponor ad illum diem. quo remotis strophis ac fucis. de me iudi-  
caturus sum. virum loquar fortia an sentia. nunquid stimulatio fuerit. & mi-  
nus quicquid contra fortunam factum verborum pluiaactum. Remoue ex-  
istimationem hominum. dubia semper est. et in parte viraq; dividit. Remo-  
ue studia. rotamvitā tracta. mors de te. pronuntiatura est. Ita dico disputationes  
et litterata colloquia. & ex preceptis sapientis verba collecta. & erudit  
sermo. non ostendūt verum robur animi. Est enim oratio etiā timidissimis au-  
dar. Quid egeris. tunc apparebit cum animam ages. Accipio patienter  
conditionem humanam. non reformido iudicis. Hec mecum loquor. sed tecum  
quoq; me locutum putas. Junior es. quid refert? non hīnumerantur anni. In  
certū est quo te loco mors expectet. Itaq; tu illam omni loco expecta. Ne  
nere iam volebam et manus expectabat ad clausulam. sed conficienda sunt  
sacra. et huic epistole iaticū dandū est. quoduras me non dicere. vñ sūpturus  
sum mutuum. scis culus. arcavtar. Expecta me pusilli & de domo fieri nume-  
ratio. interim commodabit Epicurus. qui sit. Meditare virtū commodius  
sit. vel mortem transire ad nos. vel nos ad eam. Hic pater sensus. egregia  
res est mortem cōdiscere. superuacuū forsitan putas id discere quo semel vi-  
dum est. hoc est ipsū quare meditari debeam? sed discēdū est. quod an sciām?  
expiri non possum? meditare mortē. q̄d hoc dicit meditari libertatez iubet. q̄  
morti discit. seruire dediscit. Supra oēm potētia est. certe extra omnē. quid  
ad illū carcer. & custodia. & claustra: liberum hostiū est. Una est cathena q̄

nos alligatos tenet. amor vite. qvt non est abiiciend⁹. ita minuend⁹ est. vt si qñ res exigit. nichil nos detineat nec impedit. quo min⁹ parati sim⁹. quod qñq; faciendum est. statim facere. Glale.

**E**pistola. xxvii. De voluptatis nocumēto r̄tutis gaudio. ad qd p ex tēnū adiutoriū nō venit. r̄ qd nūq; nimis dī. qd nō satis discitur.

**A**me inquis mones. iam enī te ipse monuisti. iam correxisti. ideo alioz emendationivacas. Nō sū tam improb⁹ vt curationes eger obeā. s; tāq; in eodē valitudinario taceam de cōmuni malo tecū colloquor. remedia conuinco. Sic itaq; me audi tanq; mecū loquar. in secretū te meū admittere r̄ te adhibito. mecū exigo. clamo nichi ipse. numera annos tuos. r̄ pudebit eadem velle. que volueras puer. eadē parare. Hoc deniq; tibi circa diem mortis presta moriātur ante revitia. Dimitte istas voluptates turbidas. magno leuandas. nō venture tantū. s; preterite nocēt. Quēadmodū scelera etiā si nō sunt deprehensa cū fierēt. solicitude nō cum ipsis abiit. ita improbarunt voluptatum. etiam post ipsas penitentie est. nō sunt solide. nō sunt fideles. etiam si non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum mansuum circumspicie. nullum autem est. nisi quod animus ex se sibi inuenit. So la virtus prestat gaudium perpetuum. securum. etiam si quid obstat nublum modo interuenit. que infra feruntur. nec vnq; diem vincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur adhuc. sed festinatur. multum restat operis in quod ipse necesse est vigiles. ipse laborem tuum impendas. Si effici cupis. delegationem res ista non recipit. Aliud illterarum genns adiutoriorum admittit. Caluissius Sabinus memoria nostra fuit diues. et patrimonium habebat liberum et ingenuum. nunq; vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat. vt illi modo nomen Ulyssis excideret. modo Achillis. modo Priami. quos tam bene nouerat. q̄ pedagogos nostros nouimus. Nemo veteris nomenclator qui nomina non reddit. sed imponit tam properanter ille. quam Troian os d. iii.

## Epistolatum

z Achiuos persalutabat. Achilominus eruditus volebat videti. hāc itaqz  
compendiariam excogitauit. magna summa emit seruos. unum qui Homer  
teneret. alteri qui Hesiodoz. nouem preterea lyricis. singulos assignauit.  
magno emisse illum non est qd mireris non innuenerat faciendo. sed loca-  
uit. Postqz hec familia illi comparata est. cepit continuas suos inquietare  
habebat ad pedes hos. a quibus subinde cum petceret versus quos referret  
sepe in medio versu excidebat. suast illi satellius quadratus. stultoz dimiti  
adroso. et qd sequis arrisor. et qd duobus his adiunctis est derisor. ut grāma-  
ticos haberet analectos. Cū dixisset Sabinus. centenis milibus sibi consta-  
re singulos seruos. Minoris inquit totidem scrinia emisses. Ille tamen in  
ea opinione erat. vt putaret se scire. qd quisqz in domo sua sciret. Idem Sa-  
tellius illum hostiari cepit. ut luctaret. hoitem egrum. pallidum. gracile. cū  
Sabinus respondisset. et quomō possū vixi uero. Noli obsecro inquit dicere  
non vides qd multos seruos valentissimos habeas. Bona mens nec cōmo-  
da nec emis. et puto sivenalis esset. nō haberet emptorem. Ut mala quotis  
die emis. Sz accipe iam qd de beo. evale. Divitie sunt ad legem nature cōpo-  
lita paupertas. Hoc sepe dicit Epicurus aliter atqz aliter. Sz nunqz nimis  
dū qd nūqz sat; discit. qbusdā remedia mōstrāda. qbusdā sculcāda sūt Gale

Epistola. xxviii. qd nō loci. s3 animi mutatione tristitia tollit. et de nō pa-  
uocando discrimine. et qd initisi sit salutis notitia peccati.

b      O cibz soli putas accēdisse. et admiraris quasi rem nouam. Qd pe-  
regrinatōne tam longa. et tot locoz varietatibus. nō discussisti tri-  
stia grauitateqz mentis. Animi debes mutare. nō celz. licet vasti traice-  
tis mare. licet vt ait Virgilius noster. terreqz vrbesqz recedat. sequentur te  
quocunqz peruenientia vitia. Hoc idem cuidam querenti Socrates ait. quid  
miraris? Achil tibi peregrinationes padesse cum te circumferas premit te  
eadem causa que expulit. Quid terrarum iuuare nouitas potest? Quia co-  
gnitio vrbiū. aut locorum? In irritum cedit ista faciatio. Queris quare

29

refuga ista non adiuuet; tecum fugis, onus animi deponendum est, non aut tibivillus placebit locus, talem nunc esse animū tuū cogita, qualem Virgilius noster vatis inducit, iam concitate et instigate, multumq; habētis in se spiritus, non sūt. Bacchatur vates, magnum si pectore possit, excussisse deū vadis huc et illuc, ut exutias insidens pondus, qd ipsa lactatione i commodius fit, sicut in naū orna immota minus urgunt, inequaliter cōvolura, citius eam partem in quam succubuerū demergunt. Quicquid facit contra te facis, et motu ipso noces tibi, egrum enim concutis. At cum istud exeme-  
ris malum, omnis mutatio loci lucunda fiet, in ultimas expellaris terras  
licebit, in quolibet barbarie angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualis-  
cunq; sedes erit. Magis q̄s veneris, Q̄ quo interest, et ideo nulli loco adi-  
cere debemus animū cum hac persuasione vñendum est, non sumunt an-  
gulo natus, patria mea totus hic est mundus; qd si liqueceret tibi non admu-  
rareris, nil adiuvari te regionum varietatibus in quas subinde priorū te-  
dio migras, prima enim queq; placuissest, si omnem tuam crederes, Nō pe-  
regrinatis, sed erras et ageris, ac locum ex loco mutas, cum illud qd que-  
ris, bene vivere, omni loco positum sit, nunquid tam turbidum fieri potest  
Q̄ forz; ibi quoq; licet quiete vivere, si necesse sit, S; si liceat disponere se, cō-  
spectū quoq; et viciniā forz; pcūl fugiā. Nam vt loca grauiā, etiam firmissi-  
mā valitudinem tentant, ita quoq; bone menti, nec dum adhuc perfecte, et  
cōualecenti sunt aliqua pax salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medi-  
os eunt, et tumultuosā, p̄bātes vitā, quotidie cū difficultatib; rerum, magno  
animo collectant. Capiens feret ista, non eligeret et maller in pace esse Q̄ in  
pugna. Non enim multum p̄destvitis sua, piecisse si cum alienis rixandum  
est. Trigita inquis tyranni, Socratem circūstete runt, nec potuerūt animū  
eius infringere. Quid interest quot dñi sint? Seruitus vna est, hanc qui cō-  
tempnit in quantilibet turba dñant, si liber est, Tempus est destinare. S; si  
prius portioꝝ soluero, Initium est salutis, notitia peccati. Egregie michti

## Epistolatum

hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit. corrigi non vult. deprehendas te oportet ante quod emendes. Quida m vitiis gloriantur. qui mala sua virtutum loco numerant. tu existimas aliquid. de remedio cogitare. Ideo quantu potes teipse coargue iquuire in te accusatoris primu pteb? fungere deinde iudicis nouissime deprecatoris aliquando te offendere. Vale.

Incipit liber quartus Epistola. xxix. quod licet non oes monedi sint quodam tamen contradicentes. vel illudentes docendi sint et quod sapientis malit sibi placere quod populo.

Marcellino nostro queris. et vis scire quid agat. raro ad nos venit. nonnulla alia ex causa: quodque audire verum timet a quo periculo iam abest. nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene nec minus de aliis. Cincis qui libertate promiscua via sunt et obulos monuerunt dubitari solet: an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget aut natura morboe mutos? Quare inquis verbis parcet? Bratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim. quem admoneo. illud scio alicui me pro futurum si multos admonuere spargenda manus est. non potest fieri ut non aliquando succedat multa tentatio. Hoc mihi Lucili non existimo magno viro factendum. diluitur eius auctoritas. nec habet apud eos satis poteris quos posset minus obsolefacta corriger. Sagittarius non aliquando ferire debet sed aliquando deerrare. Non est ars que ad effectu casu venit. Sapientia ars est certi petat eligat profecturos ab his quos desperauit. recedat non tamen cito relinquit. et in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero. etiam nunc seruari potest. sed si cito manus illi porrigitur Est quidem periculum ne porridente trahatur. Magna in illo vis est ingenit. sed iam tendenter in prauum nichilominus adibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere. faciet quod solet. aduocabit illas factias que risum euocare lugentibus possunt. et in se primum: deinde in nos locabitur omnia que victurus sum occupabit scrupulibus scholas nostras

et oblitus philosophis congredi. amicis. gulam ostendet michi alium in adulterio. alium in popina. alium in aula. ostendet Marcum Lepidum philosophum. Aristonem qui in gestatione disserebat. hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. de cuius secta cum quereretur Scaurus ait utique peripateticus non est de eodem cui consuleretur Julius Hecatinus vir egregius. quid sentiret non possum inquit tibi placere. nescio enim quid de gradu faciat tanquam de essedario interrogaretur. Nos michi circulatores sophias. qui philosophiam honestius negligissent quam vendunt in facie ingerent. Constitui tamen contumelias perpeti moueat ille michi risum ego fortasse illi lachrymas mouebo. at si ridere praeuerabit gaudebo tanquam in malis. Quod illi genus insanie cultare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa obserua videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere. et acerrime tabere. Propositionum est argreditur illi et ostendere quanto pluris fuerit. quam minoris multis videoref. Tertia eius etiam si non excidero. inhibeo non desinent sed intermittent. fortasse autem et desinent si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum. quoniam quidem grauiter affectis senitatis loco bona est remissio. Num me illi paro. tu interim qui potes qui intelligis unde quo enaseris. et ex eo suspicaris. quousque sis enasurus compone mores tuos. apostolle animum tuum aduersus formidata consiste. Numerare eos noli: qui tibi metum faciunt. Non videatur stultus. si quis multitudinem eo loco timeat. per quem transitus singulis est. Atque ab eam mortem multis aditus non est. licet illam multi minentur. Sic istud natura dispositum. spiritum tibi tamvus eripiet. quam dedit. Si pudorem haberes. ultimam michi pensionem remisisses. Sed ne ego quidem me sordide geram in fenore eris alieni. et tibi quod debebo impendam. Nunquam vobis populo placere nam que ego scio non. probat populus que probat populus. ego nescio. Quis hoc inquit. tanquam nescias cui imperem? Epicurus. Sed idem hoc oes tibi ex omni domo conclamabunt. Peripatetici. Academi-

Epistolarum

ei Stolci Linici. Quis enim placere populo potest cui placet virtus? Multis artibus popularis favor acquirit. Si nem te illis facias oportet non probabitur nisi agnoverint. Multo enim ad rem magis pertinet. qualis tibi videaris: quod qualis altis. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata et omnibus preferenda artibus. rebusque philosophia prestat. scilicet ut malis tibi placere. quod populo ut existimes iudicia non numeres. ut sine metu deorum hominique viuas. ut aut vincas mala aut finias? Ceterum si te video celestem: secundis vocibus vulgi. si intrante te clamor et plausus patomimica ornamenta obrepuerint: si tota ciuitate te feminine puerique laudauerint. quid ne ego tu miserar cum sciam que via ad istum favorem ferar. Vale.

Epistola. xxx. Quod nichil habet de spe vite quem senectus ducit ad mortem. Marie etiam subtiliuntur cause quare mors timenda non sit.

b. Assum Aufidum virum optimum vidi quassum: etati oblectantem. Sed tam plus illa degrauat: quod possit attollit. Magno senectus et uniuerso pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis et exhausti fuisse. diu illud continuat: et ut verius dicam. concinnauit subito defecit quemadmodum in naui. que sentina trahit vni rime. aut alteri obsistitur. Abs se plurimi locis laxari cepit et credere. succurriri non potest nauigio de hisce. Ita in senili corposc aliquatenus imbecillitas festineri et fulciri potest: ubi tanquam in putri edificio omnis iunctura dividitur. et dum alta excipitur alta discinditur. circunspiciendu est. quomodo exeras. Bassus tamen noster ascri animo est. hoc philosophia prestat in conspectu mortis hilarer et in quo cunqz corporis habitu fortem. letumque nec deficientem quis deficiat. Magnus gubernator. et scissu nauigat velo. et si exarmauerit tamen reliquias nauigii apta ad cursu. Hoc facit Bassus noster. et eo aio vultuque finem suum spectat quo alienus spectare nimis securus putares. Magna res est Lucili. hec et diu discenda cum aduentat hora illa ienitabillis equo ait obire. Alia gna mortis spel

31

mixta sūt, desinit morb<sup>o</sup>. incēdiū extinguit. ruīna quos videbat oppressura depositū. mare quos hauserat eadem vī qua sorbebat elecit in columnes. glā diū miles ab ipsa peritū cerutce reuocauit. Nichil habet qd speret quē senectus ducit ad mortē. huic vni interdicti nō pōt. Nullo genere hoīes molitus morlunū. s<sub>z</sub> nec diutius. Bassus nostervidebat michi. psequi se. et cōponere et vivere tāq superstes sibi. et sapienter ferre desiderium sūt. Nam de morte multa loquit. et id agit sedulo. vt nobis persuadeat si quid in cōmodi aut metus in hoc negocio est. morientis vltum esse. nō mortis nō magis in ipsa quicq̄ esse molestia. q̄ post ipsam. Tam demens autes est qui timet qd nō est passurus. q̄ qui timet qd non est sensurus. An quisq̄ hoc futurū crescit. vt per quā nichil senti. ipsa sentias? Ergo inquis mors adeo extra omne malum est. vt sit extra omne malorum metum. Nec ego scio et sepe victa. et sepe dicenda. s<sub>z</sub> neq; cum legerē equē michi. pfuerunt. neq; cum audirē his dicentib<sup>z</sup> qui negabant timenda. a. quoz metu aberant. hic vero plurimuz apud me auctoritatis habuit. cum loqueretur de morte vicina. dicā etiam quid sentiam. Puto fortiorē eum esse. qui in ipsa morte est. q̄ qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animū dedit. nō evitand<sub>z</sub> inevitabilis. Sic gladiator tota pugna timidissimus. iugulum aduersario prestat. et errantem gladium sibi attemperat. At illa que in ppinquo ēvtiq; ventura desiderat letam animi firmitatē. que est rarior. nec potest nisi a sapiente prestari. Libentissime itaq; illum audiebam. quasi ferentē de morte sententiā. et qualis esset eius natura. velut. ppins inspecte iudicantem qd<sup>z</sup> ut puto fidei haberet apud te. plus ponderis. si quis reuixisset. et in morte nichil mali esse narraret expertus. Accessus mortis: quā perturbationē aferat. optime tibi hī dicent: qui secūdum illā steterunt: qui venientem vide runt et receperūt. Inter hos Bassum licet numeres. qui nos decipi noluit. Ia ait. tam stultū esse qui mortem timeat. q̄ qui senectutem. Nam quēadmodum senectus adolescentiam sequit. ita mors senectutz. Vnuere noluit

## Epistolarum

qui mori nō vult. Vira enim cū expectatione mortis data est. Ad hanc itur  
quam ideo timere dementis est, quia certa expectatur dubia mentiuntur.  
mors necessitatē habet aquam t inuitā. Quis queri potest in ea conditio  
ne se esse, in qua nemo non est? prima autē pars est equitatis equalitas. sed  
nunc superuacuū est nature causam agere, que non altam voluit legem no  
stram esse. q̄ suā, quicquid composuit, resolutus, t quicquid resolutus compo  
suit irerum. Nam vero sicut cōtingit, vt illum senectus leuiter emitteret nō  
repente auulsum vite, sed minutarim subductum Nonne ille agere gratias  
obibus diis debet, q̄ satius ad requiē homini necessariā lasso gratā p̄ du  
ctus est? Aides quosdam optantes mortē, t quidem magis q̄ rogari solet  
vita nescio vtros existimē, maiore animū nobis dare qui depositum mor  
tem, an quis hilares eam quietiq̄ operiūtur, quoniam illud ex rable interduz  
ac repentina indignatione sit hec ex iudicio certe tranquillitatis est. Ne  
nit aliquis ad mortē iratus morti, venientem nemo hilaris excipit nisi qui  
se ad illam diu cōposuerat. Fateor ergo ad hominē michi charū ex plurimis  
causis me frequentius venisse, vt scirem an illa toties eundē inuenirez  
Nonquid cū corporis viribus minucretur antī vīgor qui sic crescebat illi  
quomodo manifestior notari solet agitatorum letitia, cum septimo spatio  
palme appropinquant? Dicebat enim ille Epicuri preceptis obsequēs pri  
mum sperare se nullis dolorē esse in illo extremo an helitu, si tamē esset ha  
beret aliquantū in ipsa breuitate solatiū. Nullum enim dolorē esse longū, qui  
magnus est. Ceterū succursum sibi etiā in ipsa distractiōne anime corpo  
risq; si cū cruciatu id fieret, post illum dolorē se volere nō posse. Non dubi  
tare autē se, quin senilis anima in primis labris esset, nec magna vidistra  
heretur a corpore. Ignis qui valentē materiā occupauit, aqua t iterdū rui  
na extingendum est. Ille qui alimētis deficit sua sponte subsidit. Liben  
ter hoc mi Lucili audio, nō tanq̄ noua sed tanq̄ in rē presente, perductus.  
Quid ergo? Non multos spectaculū abrumptentes vitam. Ego vero vidi sed

plus momenti apud me habent. qui ad mortem veniunt sine odio vite. et admittunt illam. non attrahunt. Illud quidem agebat tormentum. nostra nos sentire opera. q[uod] tunc trepidamus cum prope a nobis esse credimus mortem. A quo enim prope non est parata omnibus locis. omnibusq[ue] momētis? Sed consideramus inquit. tunc cū aliqua causa morienti videtur accēdere. quanto alie propinquiores sint. que non timetur. Hostis alicui mortem minabatur. hanc cruditas occupauit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri. inuenimus alias esse. alias videri. Mortem nō timemus sed cogitationem mortis. Ab ipsa enim semper tantum dē absumus. Ita si timenda mors est. semper timenda est. Quod enim tempus morti exemptū est? Sed vereri debeo. ne tā longas epistolas peius q[uod] morte oderis. Itaq[ue] finem faciam. Tu tamen mortem. vt nunq[ue] timeas semper cogita. Vale.

**Epistola. xxxi. De assentatione cauenda. de contemptu laboris et excellentia virtutis et animi**

a Hnoscō Lucilium meum. Incipit quē promiserat exhibere. seque  
re illum impetū animi. quod ad op̄issima queq[ue] calcatis bonis po  
pularibus lbas. non desidero maiorem melioremq[ue] te fieri. q[uod] moliebaris.  
Fundamenta tua multū loci occupauerunt. tantū effice quantū conatus es  
et illa que tecū in aīo tulisti. tracta. Ad summā sapiens eris. si cluseris aures  
quibus ceram parum est obdere. firmiore spissamento opus est q[uod] in sociis  
vsum Ulyssem ferunt. illa vox que timebat nr. erat blanda. non tamen pu  
blica. At hec que timenda est. non ex uno scopulo. sed ex omni terrarū par  
te circūsonat. Preteruehere itaq[ue] non vnum locum instdiosa voluptate sus  
pectū. sed oēs vrbes. Surbus et amātissimis tuis presta bono aīo male p̄cāt.  
Et si esse vix felix. veos ora ne quid tibi ex his que optantur euentat. nō sūt  
ista bona. que in te isti volunt congeri. Verum bonum est quod beate vi  
te causa et firmamentum est sibi fidere. Hoc autem contingere nō pos  
test. nisi contemptus est labor. et in eorum numero habitus. que neq[ue]

## Epistolarum

bona sunt neqz mala. Fieri enim non potest. vt vna res modo bona sit:modo mala. modo leuis et preferenda. modo expauescenda. labor bonum non est Quid est ergo bonum? Laboris contempso. non curare cum oportet labore subire. Itaqz in vanum operosos culpauerim. Rursus ad honesta nientes quantomagis incubuerint. minusqz sibi vita consurgere permiserint admirabor et clamabo tanto melior surge et spira et clivum istum uno si potes spiritu exaspera. Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo voto parentum tuorum eligas. quid contingere tibi vellis. quid optes. et in totum iam permaxime apto viro Turpe est etiam nunc deos fatigare. qd votis opus est. Fac teipse felicem. facies autem si itellexeris bona esse. qui bus admixta virtus est. turpia quibus malicia cōluneta est. quemadmodū sine mixtura lucis nichil splēditum est. nichil atrum: nisi qd tenebras habet aut aliquid in se traxit obscuri. quemadmodū sine adulorio ignis nichil calidū est. nichil sine aere frigidum. Ita honesta et turpia virtutis ac malicie societas efficit. Quid ergo est bonum? Rerum scientia. Quid malum est? Imperitia rerum. Ille prudens vsqz artifex p tempore queqz repellet. aut eligit. sed nec que repellit timet. nec mirat que eligit. si modo magnus illi. et invictus animus est. Submitte te ac deprimito. labore si non recuses parum est posse. Quid ergo inquis. labor fruolus et superuacuus est: quem humiles cause vocauerunt: non est malus. non magis qd ille qui pulchris rebus impenditur. qm animi est ipsa tolerantia. qui se ab dura et aspera horretatur. ac dicit quid cessas? Non est viri timere suborem. Huic et illud accedit. vt perfecta virtus sit equalitas ac tenor vite per ola consonans sibi qd non potest esse. nisi rerum scientia contingat. et ars per quam humana ac divina noscantur. hoc est summum bonum. qd si occupas. incipis deorum socius esse. non suppler. Quomodo inquis isto peruenies. non per apenninum grauenem montem. nec per deserta candanite. nec syrtes tibi. nec Scylla. aut charybdis. adeunde sunt que tamen omnia transisti pro procuratiuncule precio.

## Libet quartus

fo. ppviii.

Tutus iter est. iucundum est. ad qd natura te instruxit. dedit tibi illa que si non deserueris. par deo consurges. parem autem te deo pecunia nō faciet. De nichil habet. preterta non faciet. De nud' est. fama nō faciet. nec ostē tatio tui. et in populos noīs dimissa notitia. Merito nouit deū. multi de illo male existimant. et impune nō turbas seruoz lecticam tuam per itinera vrba na ac peregrina portantum. Deus ille maximus potētissimusqz ipse vicit oīa. nec forma quidē et vires beatis te facere possit. nichil horū non patitur verustatem. Querendū est qdnā fiat idies eius cui nō possit obstar. Quid hoc est? Animus. s̄ hic rectus. bon⁹. magn⁹. Quid aliud voces hūc q̄ deū in humano corpore hospitatu. Hic anim⁹ tam in equitē Romanum. q̄ in libertinum q̄ in serum potest cadere. Quid est eques Romanus. aut liber-  
tinus aut serius? Hōia ex ambitione. aut iniuria nata. Subsilire in celum ex angulo licet. Exurge modo. et te quoqz dignum finge deo. finges antez non auro. aut argento. nō potest ex hac materia imago deo exprimi similis cogita illos cū ppcit essent fictiles frustis. Hale.

**E**pistola. xxxii. Laudat secessum a turba. recursum hui⁹ vite admo-  
net percurrentem

i M̄quiro a te. et ab oīb⁹ sciscitor q̄ ex ista regione veniunt. qd agas?  
vbi? et cū quib⁹ moreris? Vba dare nō otes. tecū sum. Sic viuet  
tā q̄ quid factas auditurus sim. Imo tāq̄ visur⁹. Queris quid me maxime  
ex his que de te audio delectet. q̄ nichil audio. q̄ pleriqz ex his quos iter-  
rogo nesciūt quid agas. hoc est salutare non conuersari dissiliib⁹. et diversa  
cupientib⁹. Habeo quidē fiduciā. nō posse te torqueri. māsurūqz in ppo. Ita.  
etia si solicitantis turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutēt te.  
timeo ne ipediant. multū autem nocēt etia qui morāt. utiqz in tāta breuita  
te vite. q̄ breuiorē incōstantia facimus. Aliud eius subinde atqz aliud fa-  
cientes initium. Deducimus illam in particulas. ac laciniamus. q̄ propria  
ergo Lucili charissime. et cogita quantū addilurus celeritati fueris. si a ter  
e.i.

## Epistolarum

go hostis instaret. si equitem aduentare suspicareris. ac fugientis premere vestigia. fit hoc premereris. accelerata et euade. perduc te in tuum. et subl de sidera quod pulchra res sit. plumarum vita ante mortem. deinde expectare se curam reliquam sui temporis partem. nichil sibi in possessione beatavite possum; que beatior non sit si longior. O quoniam illud videbis tempus. quo scies non tempus ad te pertinere. quo tranquillus placidusque eris. et crastinu negligens in summa tui satietae. Vis scire quid sit. quod faciat hoies audios futuri? Memo sibi continet. Optauerunt itaque tibi alia parientes tui. Sed ego contra tibi omnia eorum optem opto. quos illi copiam tota illoz multos compilant ut te locupletent. quicquid ad te transferunt. alicui detrahendum est. Opto tibi facultatem tui. ut vagis cogitationibus. agitata mens tandem resistat. et certa sit. ut placeat sibi. et inter lectus verbis bonis. que simul intellecta sunt possideant etatis adiectione non egeat. Ille demum necessitates supergressus est. et exauctosatus ac liber. qui vivit vita peracta. Vale.

**E**pistola. xxiii. Quomodo oia philosophie non ha pondus habent. et quod turpe sit semper ex commentorio sapere.

**D**icitur his quodque epistolis. sicut prioribus ascribi aliquas voces nivox. pccv. Non fuerunt circa flosculos occupati. totus contextus illos virilis est. inequalitatem scias esse. ubi que eminet notabilitas sunt. non est admirationi una arbor. ubi in eadem altitudine. tota silva surrexit. eiusmodi vocibus referta sunt carmina. referte historie. Itaque non illas Epicuri estimas esse. publice sunt. et maxime nostre. sicut magis annotant. quod rare iterum interueniunt. quod inspectate. quod misere est fortiter aliquid dictum ab hoile molliciem professo. ita enim plerique iudicant. apud me est Epicurus et fortis licet manuleatus sit. Fortitudo et industria et labor arte quesitus. et ad belum prae mens. tam in perdas quod in alte cinctos cadit. Non est ergo. quod exigitas excerpta et repetita. pretium est apud nos tristis quicquid apud alios excerpit. Non habemus itaque ista oderisera. nec emptorem decipimus. nichil inuen-

turum cum intrauerit preter illa que in fronte suspensa sunt. His permisimus unde velint sumere exemplaria. puta nos velle singulare sententias extuba separare. Qui illas assignabimus? zenon. an Cleanti. an Chrysippo. an Iuliane clo. an Possidonio? Non sumus sub rege. sibi quisq; se vendicat apud istos quicquid Hermacius dixit. quicquid Metrodorus. ad viii refertur. Omnia que quisq; in illo p̄tuberio locutus est. vnius ductu. et a spiculis dicta sunt. Non possumus inq; licet tentemus educere. aliquid ex tam rerum equalium multitudine. pauperis est numerare pecus quoq; miseri seris oculum. id tibi occurret quod enim ere possit. nisi inter parta legeres. Quare depone istam spem. posse te summatis degustare ingenia maximorum virorum. Tota tibi igitur inspicienda sunt. tota tractanda. Res geritur. et per linimenti sua ingenii opus necritur ex quo nichil subduci sine ruina potest. Nec recuso quo minus singula membra dummodo in ipso homine consideres. non est formosa cuius crux laudatur. aut brachium. si illa cuiusvntuera facies. partibus admirationem singulis abstulit. Si ta men exegeris. non tam mendice tecum agam. sed plena manufiet. Ingens eorum turba est passim facientum. Sumenda erunt. non colligenda. non enim excidunt. sed fluunt perpetua et inter se contexta sunt. nec dubito quin multum conferant rudibus. adhuc et exit insecus auscultantibus. Facilius enim singula insidunt circumscripta et carminis modo inclusa. Ideo pueris et sententias eviscendas damus. et has quas greci chrias vocant. qd cōplectti illas puerilis animis potest: qui plus adhuc non capit certi pfectus. Viro captare flosculos turpe est. et fulcire se notissimis ac paucissimis vocib;. et memoria stare. Sibi ita imitari. dicat ista non tenet. Turpe est enim seni. aut inspiciendi senectute. ex comitatorio sapere. Hoc zenon dixit. Tu qd hoc Cleantes. Tu qd: quousq; sub alio moneris: et impera. et dic qd memorie traditur aliqd et de tuo pfer. Omnes itaq; istos nunq; auctores semper interpretes sub aliena umbra latentes. nichil existimo habere generosi. nunq; ausos e. it

## Epistolarum

facere aliquid. Quidam vidicerant memoriam in alienis exercuerunt. Aliud est enim meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire, at contra scire est, et sua facere quecumque ab exemplari pendere. et totiens respicere ad magistrum. Hoc dixit Zenon, hoc Cleantes. Aliquid intersit inter te, et librum? Quousque disces? Nam et precipe, quid est cur audi am quod legere possum. Multum inquit viua vox facit, non quidem hec que alienis verbis commoda sunt; et actuari vice fungit. Adiace nunc quod isti qui non sunt telestae sunt, primi in ea re sequuntur priores, i.e. quod nemo non a priore descendit. Deinde in ea re sequuntur: que adhuc queritur. Nonque autem inuenietur, si contenterimus invenientis. Preterea qui aliud sequitur nichil inuenit immo nec querit. Quid ergo non ibo per priorum vestigia? Ego vero utar via veteris. sed si priorem plamore quam inuenero, hanc muniam, et qui an nos ista mouerunt, non domini nostri sed duces sunt, patet oib[us] veritas, nondum est occupata, multum ex illa etiam futuris relictum est. Vale.

**C** Epistola. xxxiiii. Quomodo delectat magistrum, prefectus discipuli, et magna pars bonitatis est velle fieri bonum.

**c** Resco et exulto, et discussa senectute recalesco, quoties ex his que agis ac scribis intelligo quantum tenebas/nam turbam olim relinqueras/super te geris. Si agricolam arbor ad fructum perducta delectat si pastor ex fetu gregis sui capit voluptatem, si alumnus suum nemo aliter intuetur. Quod adolescentiam illius suam iudicet, quid euenire credis his quod ingenia educauerunt et quod tenera fofauefacta subito videtur? Aspero te michi mei opus es, ego cum vobissem idole tuam, in tei manum exhortatus sum. addidi stimulos: nec lente ire passus sum, sed subinde incitauis, et nunc idem facio, sed iam currentem horror: et inuicem horrem. Quid aliud inquis adhuc volo? In hoc plurimum est, non sic quomodo principia totius operis dimidii occupare dicuntur, ita res animo constat. Itaque pars magna bonitatis est velle fieri bonum. Scis quemadmodum bonum dicam, perfectum, absolu-

tum. quem malum facere nulla vis. nulla necessitas possit. Nunc in te p̄pis-  
cio. si perseveraueris. et īmbueris. et si egeris. ut omnia facta dictaq; tua  
inter se cōgruāt. ac respōdeāt sibi. tūna forma p̄cessa sint. Nō est huius ani-  
mus in recto cuius acta discordant. Vale.

**C** Epistola. xxxv. De differentia amicitie. et amoris. et vino gau-  
dio. et constantia animi.

c. Tū te tamvalde rogo ut studeas. meum negocium ago. habere a-  
amicum volo; quod contingere michi. nisi pergis. vt cepisti excolare  
te nō potest. Nunc enim amas me. amicus non es. Quid ergo hec inter se  
diversa sunt. immo dissimilia. qui amicus est amar. qui amat non utiq; ami-  
ens est. Itaq; amicitia semper p̄dest. amor aliquando etiam nocet. Si ob  
michi aliud. ob hoc perfice. vt amare discas. Festina ergo dum michi. p̄fis-  
cis. ne istud alteri dīsceris. Ego quidem iam percipio fructum. cū michi  
fingovno nos animo futuros. et quicquid erat mee vigoris abscessit. id ad  
me ex tua. quāq; non multum abest. redditurum. S; tamen quoq; re ipsa eē  
letus volo. Venit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudiū:  
s; id leue et euāndū. conspectus et pūria et cōuersatio. h; aliqd v̄lue volupta-  
tis. Atiq; si non m̄i quemvelis. videas. s; et q̄lēvel videoas. T̄ffer Itaq; te mi-  
chi ingens munus. et quo magis instes. cogita te mortalem esse me senem.  
Propera ad me. sed ad te prius profice. et ante omnia hoc curavt costes ti-  
bi. Quotiens experiri voles. an aliquid actum sit. obserua an eadez hodie  
velis. que heri. mutatio voluntatis indicat animum natare alibi. atq; alibi  
apparere. put tulit ventus. Non vagatur quod sīxum arq; fundatum est.  
Itud sapienti. pfecto contingit aliquatenus. et p̄ficien̄. pfectoq;. Quid  
ergo interest. hic cōmouetur quidem. nō tamen transit. sed suo loco nutat.  
ille ne commouetur quidem. Vale:

**C** Incipit liber qnt?. **C** Epistola. xxxvi. De inq̄eta felicitate. de bona ho-  
riditate. Et qd p̄pria boni animi meditatio adverā philosophiā p̄ducit  
e. iii.

## Epistolarum

Nicum tuum hortare: ut istos magno animo contemnat qui  
a illum obiurgant, & umbram & oculum petierit: & dignitatē suā  
destituerit, & cū plus consequi posset: pretulerit quietē oībus &  
vīliter negotiā suū gesserit quotidie illis ostendet. H̄i quibus inuidetur  
non desinent transire, alii elidentur, alii cadent, res est inquieta felicitas.  
ipsa se exagitat, mouet cereb̄ū non uno genere altos in aliud irritat, hos  
in potentia, illos in luxuria, hos inflat, illos mollit, & totos resoluit. At be-  
ne ali quis illam fert, sic quomodo vīnū. Itaqz nō est quod tibi isti persua-  
deant eam esse felicē, quia multis obſidetur. Sic ad illū quēadmodū ad la-  
cum concurritur, quē qui exhausti conturbāt. Augatoriū & inertē vocat  
Seis quosdā peruerſe loqui & significare contraria felicē vocabant. Quid  
ergo erat? H̄e illud? H̄e illud quidē curo, quod quibusdā nūnīs horidi ani-  
mividetur & tetrici. Aiston aiebat, malle se adolescentē tristē & hilarem &  
amabilem turbe. Unum enī bonū fieri, quod recens durū & asperū visū est  
non pati erat, quod in dolio placuit. Sin eum tristem appellat, & nūnīs  
processibus suis, bene se dabit in vetustate ipsa tristitia. Perseueret mo-  
do collere virtutem, perhibere liberalia studia, nō illa quibus profundi fa-  
tis est, sed hec quibus tingendus est animus, hoc est discendi tēpus. Quid  
ergo? Aliquid est quod non sit dicendū? Minime. Sed quemadmodū stu-  
dere oībus annis honestum est, ita non oībus institui turpis & ridicula res  
estelemētarīs sener. Juuent parandū est seni vtendū. Facies ergo rem vī  
lissimam tibi si illū, & optimū feceris. Hec autem beneficia esse expetenda  
tribuēdaqz nō dubie prime sortis, que tā dare, pdest & accipere. Deniqz nī  
chil illi iā liberi ē qui spopōdit min⁹ autē turpe est creditorī & spel bone de-  
coquere. At illud es alienis soluendū, opus est negotiāti navigatione pro-  
spera agrū colēti, vberitate eius quā colit terre, celi fauore, ille quod debet  
sola potest voluntate persoluere in mores ius fortuna non habet, hos di-  
sponat, ut & tranquillissimus animus ille qd perfectum ventat, qui nec abla-

tum sibi quicq; sentit nec adiecum. sed in eo habitu est quo cunq; res cedā  
cui siue aggeruntur vulgaria bona. supra res suas eminet siue aliquid ex  
sistis. vel omnia casus excusit. minor non sit si in partita natus esset. arcum  
infans statim tenderet. si in germania protinus puer. tenerum hostile vi-  
braret. si anorum nostrorum temporibus fuisset. equitate. et hostem. comis-  
nus per centere didicisset. Hec singulis disciplina gentis sue suadet atq; im  
incitato corporis pondere serpit. ac longius q; voluit effertur. Sic ista  
perat. Quid ergo huic meditandū est. q; aduersus oīa tela. q; aduersus oē  
genus hostium bene facit mortē contēnere. que quin habeat in se aliquid  
terribile. vt et animos nostros quos i amorem sui natura formauit. offēdat.  
nemo dubitat. Nec enim opus esset in id comparari et acui. in quod insti-  
ctu quodā voluntario tremus. sicut feruntur oēs ad obseruationē sui. nemo  
discit. vt si necesse fuerit equo animo in rosa faceat. sed in hoc duratur. vt  
tormentis nō submittat fidem. vt si necesse fuerit stans etiam aliquando san-  
tius pro valo peruiiglet. et ne quidem pilo incumbat. quia solet obrepere in  
terim somnus in aliq; ad minuculum reclinatis. mors nullū habet incōmo-  
diū. esse enim debet et aliquid cuius sit in commodum. quod si tanta cupidis-  
tas te lōgloris eui tenet. cogita nichil eoz que ab oculis abeunt. et in rerū  
naturam ex qua prodierunt. ac mox prodierunt. ac mox processura sunt re-  
conduntur consumi desunt ista non pereunt et mox quam pertimescimus  
ac recusamus intermitit vitam non eripit. Ceniet iterū qui nos reponat  
dies in lucē q; multi recusarēt. nisi oblitos reduceret. Sed postea diligent<sup>i</sup>  
theatro fugit. et scit magno parva constare. Nemo magnis conserit cum rescedete. Nemo exētū ferit. Circa premisū rixa est. Idē in his euenit que fortuna de super iactat. Estuamus miseri distingimur. multas habere cupimus manus modo in nullā respicimus. nimis tarde nobis mitti. videntur que cupiditates nostras irritat ad paucos peruetura oībus expectata. Pro obniam cadētibus cupimus. gaudem⁹ siquid innasimus. iuadendis alii quos spes vanas delusit. Utile p̄dā magno aliquo incōmodo lutimus. aut inde fallimur. Secedam⁹ itaqz ab istis ludis. et demus raptori⁹ locū. secedamus. illi spectet bona ista p̄dētia. et ipsi magis pendeat. Quicqz beatuz esse se cōstituet. vnu esse bonū puter. quod honestū est. Nā si vllū aliud existimat. Primum male de p̄udentia iudicat. q̄r multa incōmoda iustis vris accidit. et quicqz nobis dedit. breue est et exigui⁹. Si cōpares m̄ndi totius euo. ex hac deploratione nascit. vt ingrat⁹ diuinozū īterpretes sim⁹. Querimur q̄ nō semp. q̄ et pauca nobis ricerta. et abiura contingat. Inde est q̄ nec vivere. nec mori volum⁹. Tute nos odlū tenet. timor mortis mutat om̄ē consilium. nec īplore nos vlla felicitas p̄ot. causa autē est q̄ non puenim⁹. ad illud bonū īmensū et īsupabile. vbi necessit̄ est resistat volūtas nostra. q̄ vlastra summā nō est loc⁹. Queris quare virt⁹ nullo egeat? plenibus gaudeat nō cōcupiscit absēta. nichil vero illi magnū ē. q̄ satis ab hoc dicere iudicio nō pietas cōstabit. nō fides. multa vtrāqz p̄stare. cupiēti partēda sūt. Ex his que mala vocāt. multa ipēdēda. Ex his qb⁹ iudic⁹ tamq̄ bonis. p̄se rit fortitudo q̄ periculū facere debet sui. perit magnanimitas que nō potest eminere. nisi oīa velut minuta contēpsit q̄ pro maximis vulg⁹ optat. perit gratia et relatio gratie existimat labor. si quicqz p̄ciosus fide nouim⁹. si nō optimā spectam⁹. s̄z vt illa p̄tereā. aut ista bona nō sūt q̄ vocant. aut homo felicior deo est. quoniam quidem que parata sunt nobis. non habet in vsu deus. Nec enim libido ab illum nec epularum letitia. nec opes. nec quicqz ex his hominem īescantibus. et vili voluptate ducentibus pertinet. Ergo

aut incredibile est bona deo deesse; aut hoc ipsum argumentum est bona non  
 esse que deo desunt. Ad hanc et multa que bona videri voluit a multis  
 minibus pleniora contingunt. Illa cibo auidius virtutur venere non eque fatis-  
 gantur. virtus illis maior est; et equabilior firmitas. Sequitur ut multa felicio-  
 ra sint hoie. nam sine nequitia sine fraudib⁹ degunt. fructus voluptatib⁹. quas  
 et magis capisit. et ex facilis sine ullo pudoris et penitentie metu. Considera tu  
 itaque. an id bonum vocandum sit. quo deus ab hoie vincitur. Summum bonum i alio  
 continemus; obsolescit si ab optima nostri pte ad pessimam transire. et transire  
 ad sensus qui agiliores sunt a multis mutis. Non est summa felicitas nostre in  
 carne ponenda. Bona illa sunt vera. que ratio dat solida. ac sepieterna. que  
 cadere non possunt nec decrescere quidem. aut minut. Cetera opinione bona  
 sunt. et nomine quidem habent communem cum veris. Proprietas autem boni in illis non  
 est. Itaque comoda vocantur. et ut nostra lingua loquar producta. Ceterum sciamus  
 mācipia nostra esse non partes et sunt apud nos: sed ita ut meminemur  
 extra nos esse. etiam si apud nos sunt. Inter subjecta et humilia numerent pro-  
 pter que nemo se attollere debeat. Quid enim est stultius. quod aliquis sibi pla-  
 cere eo quod ipse non fecit? Quia ista nobis accedit. non heredit. ut si abducantur si  
 ne villa nostri laceratione discedatur. Ut amur illis. non gloriemur et vitamur  
 parce. tanquam depositis apud nos et abiturs: Quisque illa sine ratione possedit  
 non diu tenetur. ipsa enim felicitas. nisi tempore. premere. fugacissimis honestis si  
 credidit. cito deseritur. et ut deseratur. affligitur. quod uincere deponere felicitatem mol-  
 liter licuit. Ceteri cum his iterum eminente labuntur. et illos degradant illa quod ex-  
 lerant. Ideo adhibeat prudenter que modum illis ac parsimoniari imponat.  
 Quoniam quidem licentia opes suas precipitat. atque urget. nec unquam in mo-  
 die durarunt. nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc multarum tibi  
 verbium ostendit euentus: quarum quedam in ipso flore luxuriosa imperta-  
 eciderunt. et quicquid virtute partum erat. in temperantia corruerunt. Eduer-  
 sus hos casus muniendi sumus. Nullus autem contra fortunam inexpugna-  
 l. iii.

bilis murus est. Intus instruatur. si pars illa tuta est. Pulsari homo pot  
 capi non pot. Quid sit hoc instrumentum scire desideras? Nichil idignetur  
 sibi accidere: sciatque illa ipsa quibus ledi videat ad conservationem vniuersitatem  
 tenere. et ex his esse que cursu mundi officiisque consumantur. Quod placeat homini que  
 quid deo placuerit. ob hoc ipsum se suaque mireat. quod non pot vinci. quod mala ipsa sub  
 se tenet. et ratione qua valerius nichil est. cassi dolorisque et iniuriae subligat  
 Amorationem. huius te amor contra durissima armabit. Catulorum amio: i  
 nabula impingit feras. quas feritas et incorsus i petus prestat idemitas. Ju  
 uenilia non nunquam ingenia cupido glorie in contemptum tam ferri. et ignis misericordia  
 Species quosdam atque umbra virtutis in morte voluntaria tradit. Quanto  
 his oibus fortior ratio est. quanto statior statim vehementius per metus ipsorum  
 et pericula exhibet. Nichil agitis inquit. quod negatis ullum esse aliud ab honesto  
 bono. Non faciet vos hec munitione a fortuna tutos et imunes. Dicitis enim  
 inter bona esse liberos pios et bene morata patria et parientes bonos. horum  
 pericula non potestis spectare securi. perturbabit vos obsidio patrie libero-  
 rum mors: parentum servitus. Quid aduersus hos pro vobis responderi so-  
 seat ponam. Deinde tunc adiiciam. quod pterea respondendum putemus. Alta conditio  
 est in his que ablata in locu suu aliquid incommodi substituit. tanquam bona. va-  
 litudo vitulata in malam transfertur. Actes oculorum extincta cecitate nos affi-  
 cit. Non tantum velocitas perit poplitibus incisis. sed debilitas pro illa sus-  
 bit. Hoc non est periculum in his que paulo ante retulimus. Quare si amicum  
 bonum amissi non est nichil. per illo perfidia patiens. nec si bonos liberos extulsi in  
 illos locu ipietas succedit. Deinde non amicorum illis. aut liborum iteritus  
 sed corporum est boni autem uno modo perit. si in malu transiit quod natura non pa-  
 titur. quod omnis virtus. et omnis opus virtutis incorruptu manet. Deinde etiam si ami-  
 ci perierunt etiam si probati responderentque voto patris liberi est. quod illorum ex-  
 pleat locu. Quid si queris quod illos quoque bonos fecerat virtus? Hec nichil  
 vacare patitur loci. totum animu tenet. desiderium omnium tollit sola satis est.

Omnium enim honorū vis et origo in ipsa est. Quid refert an aqua decurrens itercipiat atq; abeat. si fons ex quo fluxerat saluus est. Non dices vi rum tristiorē saluis liberis q̄ amissis nec ordinatioē nec prudentioē nec honestiore ergo nec meliorez quid em. Nō facit electio amicorū sapientiorez nō facit stultiorez detractio. ergo nec beatiorē aut miseriorē. Quādiu virtū salua fuerit. nō senties quid abcesserit. Quid ergo? Non est beatior et amicorum. et liberorum turba succinctus. Quid ni non sit? Summū enī bonum nec infringit. nec augetur in suo modo permanet. Atcūq; fortuna se gessit sine illi senectus longa contingit. sive citra senectutē finitus est. Eadē sum mi boni mensura est: q̄uis etas diversa sit. virtū maiorem aut minorem circulum scribas: ab spatiū eius pertinet. nō ad formā. licet alter diu manse rit. alterum statim obduxeris: et in eum in quo scriptus est puluerem solueris. in eadem vterq; forma fuit. Quod rectum est. nec magnitudine existimat. nec numero. nec tempore. nec magis produci q̄ contrahi. potest honestam vitā ex centū annorū numero. in quantum voles corripere in vnu diem coge. eque honesta est. Modo latius vtrū fundit. Regna. vrbes. principias tēperat. fert leges. colit amicitias. iter. p̄pinquos liberosq; dispēsat officia. Modo arto fine circūdā paupertatis: exiliis. orbitatis. nō tñ minor ē: si ex aitio fastigio i prīnasti: ex regio in humiliē subducit. ex publico et spacio in re i agustias dom⁹ vel aguli colit. Eque magna ē etiā si in se recessit vndiq; inclusa. Michilomin⁹ enī magni sp̄lis est. et erecti exakte prudētie. i declinabilis iustitie. ergo eque beata est. Beatus enī illud vno loco positum est: in ipsa mente stabile. grande tranquillum quod sine scientia diuinorum humano: umq; non potest effici. Sequitur illud quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur sapiens liberorum amissione. non amicorum eodem enim animo fert illorum morem quo suam expectat. non magis hanc timer. q̄ illam dolet. virtus enim conuenientia constat. omnia opera eius cum ipsa concordant et congruunt. hec concordia petit: si animus L. iii.

## Epistolarum

quem excelsum esse oportet. luctui. aut desiderio submittitur. In honesta est omis trepidatio et sollicitudo et in illo actu pigritia. Honestum enim securum et expeditum est. interitum est. in pectus stat. Quid ergo? Non aliquid perturbationi simile patitur? Non et color eius mutabilis. et vultus agitabis. et atritis refrigerant. et quicquid aliud non ex ipso animi. sed ex incoserto quodam naturae impietu gerit? Fateor. sed manebit illi prouisio eadem. nichil illo cum malum esse. nec dignum. ad quod mens sana deficit. Omnia que facienda erunt audacter facit et prompte. Hoc enim stultitiae proprium quis dixerit. Ignava et cōsumat cetera facere que faciat. et also corpus impellere. also animū. distrahiqz inter diuersissimos motus. Nam propter illa ipsa quibus extollit se. miraturqz contenta est. et ne illa quidem quibus gloria libenter facit. Si vero aliquod timetur malum eo proinde dum expectat qualem venisset urgetur. et quicquid ne patientia. timeret iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus in firmis laudis signa percurrent. quedam enim signa est vernis. et sine ullo labore fastidio et oscitatio. et horror membra percurrent. Sic infirmus animus. muto ante quod opprimat malum quibus quartus presumit illa. et ante tempus cadit quid autem dementius. quod angelus futuris. nec se tormento reseruare. sed acertere sibi miseras. et admouere. quas optimus est differre. si discutere non possit. His scire futuro neminem debere torqueri. Quicquid audierit post quiunque simum annum sibi partenda supplicia. non perturbabit. nisi mediū spatiū et assisterit. et se in illo seculo post futurā sollicitudinem immiserit. Eodem modo sit ut amicos libenter egros. et captantes causas doloris vetera atque obliteratae contentent. et que preterierunt. et que futura sunt. absunt. neutra sentiamus. Non est autem nisi ex eo quod sentias dolor. Vale.

¶ Epistola. lxxvi. ¶ etiam in senectute discendum sit. Et quod proprium hominis bonum ratio vel virtus est.

t. Misericias michi denuncias. si qui, quod ex his que quotidie facio ignoraueris. Videò quod simpliciter tecum vivas. hoc quoque tibi commis-

tam. philosophum audio. et quidem tam quintu diem habeo. ex quo in scho  
 lam eo. et ab octaua hora disputatione audio. bona inquis etate. Quid ni bo  
 na? Quid autem stulti? est quod que diu non didicisti. non discere? Quid ergo id est  
 faciat. quod irossuli. et iuuenes? Bene meci agit. si hoc vnu senectutem meam de  
 cer. omnis etatis hoies hec schola admittit: in hoc senescam? ut iuuenes se  
 quamur. In theatru senex ibo. et in circu deferar. et nullum par sine me depu  
 gnabit. ad philosophum tre erubescam? Landiu descendam est. quod diu nescias.  
 si. puerio credim? Quid uulua? Ego tamen illuc aliquid doceo. Queris quid do  
 ceam? Etiam seni esse discendi. quod udet autem me generis humani quotiens  
 scholas intrauit. preter ipsu theatrum Neapolitanorum. ut scis. transeundum  
 est Metronatis domini petetibus illud quidem farum est. et ingenti studio quis  
 sit pitaulus bonus iudicari. habet tubicen quoque gratus. et prece cōcurru. At  
 in illo loco in quovir bonus queritur. in quovir bonus nascitur. paucissimi se  
 dent. et hi pleriquevidentur nichil boni negotii habere quod agunt. inepti. et  
 inertes vocantur. Nichil contingat iste deritus. equo aio audienda sunt. impera  
 toris coniunctia. et ad honestavalendi contenen dus est ipse contetus. Perge Lu  
 cili. et prope tibi. ne tibi accidat quod michi. ut senex discas. Imo ideo magis p  
 erera. quoniam id nunc ag gessu s es. quod perdiscere vix senex possis. Quantu inquis  
 pficiam? Quatu re tenueris? quid expectas? Nulli sapere casu obtigit pecu  
 niaventer ultro. honor offeretur. gratia et dignitas fortasse ingerentur tibi.  
 Virtus in te non incidet. ne leui quidem opera. aut paruo labore cognoscitur.  
 sed est tacti laborare. oia bona semel occupantur. Unus est enim bonu quod honestu.  
 In illis nichil iuuenies verti. nichil certi. quecumque fame placent. Quare hoc  
 vnu sit bonu. quod honestu dicatur. in pax me exercitu priore epistola iudicas  
 magisque hanc re tibi landata. quod probata putas. et ut in actu que dicta sunt pira  
 ham oia bono suo constat. Utile fertilitas comedat. et savor inueni. et velocitas  
 ceru. quod fortia iumenta dorso sint queris. quod hic vnu est visus. sarcinas fer  
 re. In cane sagacitas. Prima est. si inuestigare debet feras. cursus. si cose

## Epistolatum

qui audacia si mordere et inuadere. Idqz in quoqz optimum esse debet cui nascit. quo censem. In homine quid optimum est? Ratio. hac antecedit alia. deos sequit. Ratio ergo perfecta pprium hois boni est. cetera illi cii alia bus satis cōmunita sunt. Gaelet et leones. formosus est. et paunones. Velox est. et equi. Non dico in his oibus vincit. no quero quid in se maximu habeat. s; quid suum. corpus habet et arbores. habet impetu ac motu voluntariorum et bestie et homines. habent vocem. s; quanto clarior em canes? Acutior et aquilior tauri? Dulcior em. mobilior etqz luscint? Quid in homine proprium? Ratio. hec recta et consumata felicitatem hois implenit. Ergo si ois res. cum bonum sibi perfecit. laudabilis est. rad finem naturae sue puerit. hois aut sibi boni rō est. si hāc pfectit laudabilis est. et finem nature sue tetigit. Hec ratio perfecta virtus vocat. eademqz honestu est. Id itaqznum bonum est in hoie. qd vni hois est. Hunc enim non querim⁹ quid sit bonu. sed quid sit homis bonu. Si nullu bonu aliud est hois p̄ ratio. hec erit eius vni bonu. sed pensandu cum omnibus. si sit aliqua malus improbabil puto. si bonus puto. pbabit. Id ergo in homine prīmū soluqz est. quo et pbatur et improbab. Non dubitas an hoc si bonum. dubitas an soli bonum sit? Si quis ois alia habeat. valitudinem. divitias. imagines multas. frequens atrium: s; maius ex confessio sit. improbabil illum. Itcm si quis nichil quidem illoꝝ que retuli habeat. deficit pecunia. clientum turba. nobilitate et auozum. prouozuꝝ serie. sed ex confessio bonus sit. pbabis illum. Ergo hocvnum est bonum hominis. quod qui habet. etiam si alii desistunt laudandus est qd qui uō habet in omnium allorum copia damnatur. ac reicitur. Que conditio rerum. eadem hominum est. Manus bona dicitur. non que preciosiss co- loribus picta est. nec cui argenteum aut aureum rostrum est. nec cuius tute la chore celata est. nec que fiscis: atqz opibus regis pressa est. sed stabiliſ et firma. et iuncturis squam excludentibus spissa ad ferendum incurſu ma- ris. solida gubernaculo parens. velox et non sentiens venturi. Gladiuꝝ bo-

num dices. non cui deauratus est baltheus. nec cuius vagina gemmis di-  
stinguitur. sed cui et ad secundum ubtilis est. acies. et micro munimentum  
omne rupturus. Regula non quod formosa. sed quod recta sit queritur. Eo quicqz  
laudatur cui comparatur quod illi proprium est. Ergo in homine quoqz ut  
chil ad rem pertinet quantum aret. quantum feneret. a quam multis salu-  
tetur. quam precioso incumbat lecto. quam perlucido poculo bibat. si quod  
bonus sit. bonus autem est. si ratio explicata est. et recta. et ad nature suo  
luntatem accommodata. hec vocatur virtus. hoc est honestum et unicum  
hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem. sola ratio perfe-  
cta beatum facit. hoc autem unum bonum est. quo uno beatus efficitur.  
Dicimus etiam illa bona esse. que a virtute perfecta contractaqz sunt. id  
est opera eius omnia. sed ideo ipsa unum bonum est. quia nullum sine illa  
est. Si omne in animo bonum est. quicquid illum confirmat. extollit am-  
plificat bonum est. Validiorum autem tuorum et excelsiorum et amplio-  
rem facit virtus. Nam cetera que cupiditates nostras irritant deprimum  
quoqz animum. et labefaciunt. et cum videntur attollere inflant ac multa  
vanitate deludunt. Ergo id unum bonum est quo melior animus effici-  
tur. Omnes actiones totius vite. honesti ac turpis respectu temperan-  
tur. Ad hoc faciendi et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam.  
Alii bonis quod honeste se facturum putauerit. faciet etiam sine pecunia  
si laboriosum erit. faciet etiam si damnosum erit. etiam si periculosum es-  
tit. Rursus quod turpe erit. non faciet. etiam si pecuniam afferret. etiam  
si voluptatem. etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur. ad  
turpia nulla inuitabitur. Ergo si honestum vitiqz secuturus est. turpe vitiqz  
vitaturus. et in omni actu vite spectaturus. Hec duo nec aliud bonum nisi  
honestum. nec aliud malum quam turpe. Si una indepravata virtus  
est. et sola permaneret tenoris sui. Unum est bonum virtus cui iam accidere ne sit

## Epistolatum

bonum non potest. mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam erit  
pit. Sapientia in stultitiam non renovetur. Dixi si forte meministi concupis-  
tia vulgo. et formata: in consulo impetu plerosque calcassem. Invenimus est: quod flame-  
mis ipoñeret manu, cuius risus non interruperet tortor qui in funere libero-  
rum lachrymam non mitteret, qui morti intrepidus occurseret. Amor, ira, et  
nimia cupiditas pericula deposcerat. Quod potius brevis obstinatio animi alia  
quo stimulo excitata, quam magis virtus que non est ex impetu, nec subito-  
s; equaliter valet, cuius ppetuum robur est. Sequitur ut que ab incosultis sepe co-  
tenuuntur: a sapientibus semper ea, nec bona sint nec mala. Tunc ergo bonum  
ipsa virtus est, que inter haec fortunam et illam superba incedit cui magnovtriusque  
eodem tempore. Si hanc opinionem receperis aliquod bonum esse: preter honestum, nul-  
la non virtus laborabit, nulla enim obtineri poterit. si quicquid extra se res pere-  
nit. Quod si est ratione repugnat ex qua virtutes sunt, et veritati, que sine ratione non  
est. Quaecumque autem opinio veritati repugnat, falsa est. Tunc bonum procedas  
necessum est, summe pietatis erga deos esse. Itaque quocquid ei acciderit, equo  
aio sustinebit, scier enim id accidisse lege divina, quavntuersa procedit. Quod si  
est unum illi bonum erit quod honestum. In hoc enim positum, et parere dicitur, nec exca-  
descere ad subita, nec deploare sorte suam, sed patienter excipere fatum, et face  
re imperata. Si nullum aliud est bonum quod honestum, sequitur nos auiditas vite, aut  
ditas reges, vita instrumentum, quod est intolerabile, infinitum, vagum. Solus ergo  
bonum est honestus cui modus est. Dicimus futuram hominis felicioram vitam pro  
deorum. si ea bona sunt, quorum nullus invitus eorum est, tanquam pecunia, ho-  
nores. Adhuc nunc quod si modo solute corporibus anime manent, felici-  
cior illis statim restat, quam est diversantur in corpore. Atque si ista bona sunt, quod per  
corporis partim emissis erit peccatum, quod contra factum est, feliciores esse liberis, et in  
vniuersum datis clausas et obsecras. Illud quoque dixeram, si bona sunt, ea  
que tam homini contingunt, quam mutis animalibus, et mura animalia be-  
atam vitam actura, quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto pa-

tienda sunt; quod non esset faciendum, si esset nullum aliud bonum. Quod honestum.  
Hoc quamvis latius executus essem priore epistola perstrinxerat, et bene eister per  
curri. Numquid autem vera opinio talis videbitur, nisi animus cleues, et teipse in-  
terroges, si res exegerit: ut, per patria moriaris, et salutem omnium civium tua mor-  
te redimas, an porrectur? sis certe, non tam patienter, sed etiam libenter, si hoc  
facturus es, nullum aliud bonum est. Hinc ei ita relinquas, ut hoc habeas. Ut  
de quantavis honesti sit, Pro republica morieris, etiam si statim facturum hoc  
eris, cum scieris tibi hoc esse factendum. Interdu ex re pulcherrima magnus  
gaudium etiam si ex quo tempore ac breui capitur, et quamvis fructus operis per-  
acti nullus ad defunctum exemptusque rebus humanis pertineat ipsa tamem con-  
templatio futuri operis iuuat, et vir fortis et iustus cum mortis sue premia ante  
se posuit, libertatem patrie, salutem omniumque per quibus dependit aiam in summa volu-  
ptate est, et periculo suo fruicitur. Sed ille quoque cui etiam gaudium hoc eripit, quod  
tractatio operis maxime rutilante prestat, nichil cunctatus desiliat in mortem  
facere recte pieque contentus. Oppone etiam illi nunc multa que dehorten-  
dit fatum tuum matura sequitur oblitio, et pars grata existimatio ciuium. Re-  
sponderet tibi, ista oia extra opus meum sunt, ego ipse contentus, hoc esse hone-  
stum scio. Itaque quoque ducit: ac vocat venio. Hoc ergo num bonum est, quod  
non tam perfectus animus, sed generosus quoque, et indolis bone sentit. Cetera  
leuia sunt mutabilitas, itaque sollicitate possident, etiam si faneiente fortuna in  
vnu cõgesta sunt, dominata suis incibunt gratia, et illos semper premunt, aliquantum et  
illidunt. Nemo ex ipsis quos purpuratos vides, felix est, non magis quod ex il-  
lis quibus sepius quichlamidem in scena fabule assignant. Cum presente po-  
pulo lati incesserunt, et contumati simul exterunt, exalcentur, et ad statu-  
ram suam redeunt. Nemo istorum quos diuinitus honoresque in altiore fastigio po-  
nunt magnus est. Quare ergo magnus videatur, cum basi illum sua meti-  
ris, magnus non est purissimo, nec in monte constituerit. Colossus magnitudi-  
nem suam seruabit, etiam si steterit in puto. Hoc laboramus errore, sic

## Epistolarum

nobis imponitur. quod neminem existimamus eo quo est. sed adicim⁹ illi ⁊ ea quibus adornatus est. Ut qui cum voles veram hominis existimationem inire. ⁊ scire qualis sit nudum inspicere. ponat patrimonium. ponat homines ⁊ alia fortune mendacia. corpus ipsum exuat. animum intuere quales quantusq; sit. aleno an suo magnus. si erectis oculis gladio micantes vider. ⁊ si scit sua nichil interesse. utrum anima per os an per lugulum exeat. beatum voca. Si cum illi denunciata sunt corporis tormenta. ⁊ que casu veniunt. ⁊ que potentioris iniuria. si vincula. ⁊ exilia. ⁊ vanas humanarum formidines mentium securus audit. ⁊ dicit non vlla laborum. O vírgo nostra mi facies inopinane surgit. omnia percepit atq; animo mecum ipse peregi. Tu hodie ista denuncias. ego semper denunciaui michi. ⁊ hominem parauit ad humana precogitati malis mollis ictus venit. At stule⁹ ⁊ fortune credentibus. omnis videtur noua rerum ⁊ inopinata facies. Magna autē ps est opud imperitos mali nouitas. Hoc vt scias ea que putauerunt aspera fortius cum assuenerit patiunt̄. Ideo sapiens assuescit futuris malis. ⁊ que alii diu patiendo leuita faciunt. hic leuita facit diu cogitando. Audimus all quondovoces imperitor⁹ dicentis sciebam hoc michi restare. Sapiens sit sibi omnia restare. Quicquid factum est; dicit sciebā. Vale.

**E**pistola. lxxvii. Exemplis et rationibus docet non esse curandum de morte.

s. Abito nobis hodie Alexandrine naues apparuerunt que premissti solent. ⁊ nunc sare secutore classis aduentum. tabellarias vocant gratus illarum Campante aspectus est. omnis in pilis puteolorum turba consistit ⁊ ex ipso genere velorum. Alexandrinas quāvis in magna turba narium intelligit. Solis enī scit suparum intendere quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res eque adiuuat cursum. q̄ summa pars veli. iūlinc marline nautes urgetur. Itaq; quotiens ventus increbruit. maiorq; est q̄ expedit antenna submittitur. minusq; habet virium statutus. ⁊ ex humili cū

Liber Undecimus

Folio. lxxxviii

intratere capieas et promontorium ex quo alta procelloso speculatur vertice pallas, cetero velo iubentur esse contente. Suparum Alexandrinorum insigne indictum est. In hoc omnium cursu properantum ad latus, magna ex pigricia mea sensi voluptatem. Quid epistolae meorum accepturus non properauit scire, quis illic esset mearum rerum status, quid affererem? Olim iam nec perit quicquid michi nec acquiritur. Hoc etiam si senex non esset fuerat sentiendum. Nunc vero multo magis, quantumcumque haberem: tam plus tam michi supereret vitalici. Quia via presertim cum eam viam sum ingressi, quam peragere non est necesse. Alter imperfectum erit, si in media parte aut citra locum petitus steteris. Alta non est imperfecta, si honesta est. Abicunque desines si bene desines tota est, sepe autem et fortiter desinendum est, et non ex maximis causis. Nam nec et maxime sunt que nos tenent. Tullius Marcellinus quem optime noueras adolescens quietus, et cito senex, morbo et non insanibili corruptus, sed longo et molesto, et multa imperante, cepit deliberare de morte. Conuocauitque plures amicos. Unusquisque aut quia timidus erat, id illi sua debat, quod sibi suassisset aut quia adulans et blandus id consilium dabat, quod deliberanti forte gratius suspicabatur. Amicus noster Stoicus homo egregius, et ut verbis illum, quibus laudari dignus est laudem, vir fortis ac strenuus videtur michi maxime illum cohortatus. Sic enim cepit. Non enim mihi marcelline torquerunt tanquam de re magna delibereres. Non est res magna vivere, omnes servi tui vivunt omnia animalia, magnum est honeste mori prudenter, fortiter, cogita quod tam idem facias. Libus somnus, libido per hunc circulum currit. Mori vel le, non tantum prudens, aut fortis, aut miser, etiam fastidiosus potest, non operatur illi suo ore, sed adiutore. Servi parere nolebant, primum detraxit illis merci, et idicavit tunc familiam puerum adire, cum certum esset, an mors domini voluntaria fuisset. Illoquin tam maius exempli esset occidere dominum, quod prohibere. De

## Epistolarum

Inde ipsum Marcellinum admonuit. nō esse inhumani. quēadmodū cena peracta. reliquie circumstantibus dividuntur; sic peracta vita aliquid porrigit his qui totius vīte ministri fuissent erat Marcellinus facilis animi et libera ris etiam cū de suo fieret. Minutas itaqz summulas distribuit flentibus seruis. et illos ultra p̄solatus est. Non fuit illi opus ferro. non sanguine. tridu o abstinuit. et in ipso cubiculo poni tabernaculū iussit. Solū deinde illatū est in quo diu iacuit. calida subinde suffusa paularim defecit. ut alebar nō sine quadam voluptate quam afferre solet leuis dissolutio animi inexperta nobis. quos aliqui animus liquit. in fabellam excessi non ingratam tibi. exitus enim amici cognoscet. nō difficultem. nec miserum. quis enim mortem sibi cōsciuerit. tamen mollissime excessit. et vita elapsus est. Sed ne inutilis quidem hec fabella fuerit. sepe enim talia exempla necessitas exigit. Sepe de bēm⁹ mori. nec volumn⁹. morimur nec volumn⁹. Memo tā īperit⁹ ē. vt nesciat qñ moriendū. in cum prope accesserit. tergluersatur. tremit. plorat. Nonne tibi vide stultissimus omnium qui fleuit q̄ ante mille annos non vixerat? Eque stultus est qui flet q̄ post mille annos nō vinet. Hec paria sūt. nō eris non fuisti. Ut rūqz tempus aliēnus est. In hoc punctum collectus es quod ne extendas quousqz extenderes. Quid fles? quid optas? perdis operam. de sine fata deum flecti sperare precando. Rata et fixa sūt. et magna. atqz eterna necessitate ducuntur. So ibis quo omnia eunt. quid tibi noui est? Ad hanc legē natu es. hoc patri tuo accidit. hoc matri tue. hoc maioribus. hoc omnibus ante te. hoc omni bus post te. Series inuicta. et nulla mutabilis operilligat ac trahit cuncta. Quantus te populus morituroꝝ sequeſt. quant⁹ comitabilis? Fortior vt opinor esſes si multa milia tibi commozerentur. Atqui multa milia et homin̄ et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas? animam variis generibus emittunt. Tu autem nō putabas te aliqui ad id pertinetꝝ ad qđ semper ibas. Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magorum viroꝝ me tibi iudicas relatūꝝ. puerorꝝ referam. Lacon ille memo-

Liber V indecimus

fo. lxxxvii

rie traditur impubes adhuc: qui captus clamabat: non seruam in sua illa  
dorica lingua. et verbis fidē imposuit. Ut primū iussus est fungi seruili con-  
tumelioso ministerio. Afferte enī vas obscenū tubebat / illisum parleti ca-  
put rupit. Nam prope libertas est. et seruit aliquis ita nō sic perire filii tun-  
malles: q̄ per inertiam senem fieri. Quid ergo est cur perturberis. si mori for-  
titer etiā puerile est: q̄d uero nolle te sequi duceris. Fac tu iuris quod alie-  
num est. non sumes pueri sp̄ritum. ut diccas nō seruita. infelix seruus hoibus  
seruis rebus. seruus vite. Nam vita si moriēdi virtus abest. seruitus est. Et  
quid habes ppter quod expectes. voluptates ipsas que te morant ac reti-  
nent cōsūpisti. Nulla tibi noua est: nulla nō iā odiosa ipsa satietate. Quis  
vini. quis mulsi est sapor: scis nichil interest. censi per vesicā tuā „an mille  
anphore transeant. saccus est. Quid sapiat ostreū: quid mulus optime no-  
sti? Nichil tibi luxuria tua i futuros annos intactu seruavit. Ut qui hec sūt  
a quibus iuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi erip̄t doleas. amicos  
et patriam: tanti enī illā putas. ut tardius cenes. Soleq; si possem extin-  
gueres. Quid enī inq̄ fecisti luce dignis? Confitere nō curie te. nō fori. non  
ipsius nature desiderio tardiorē ad moriendū fieri. Inuitus relinquis ma-  
cellū. in quo nichil reliquisti mortē times. Ut quomodo illā media oblecta-  
tione contentis? Eluere vis. scis enī mori times. Quid porro ista vita. non  
mors est. Cesar cum illū transeūtē per latīnā viā vñus est custodiari agm̄i  
ne demissa usq; in pectus veterē barba ro garet mortē. nunc enim quid vi-  
uis. Hoc istis respondēdū est quibus successura mors est. mori times. nunc  
etiā. vnius. Sed ego inquit vivere volo qui multa honeste facto. Inuit⁹ re-  
linquo officia vite. quibus fideliter et cuī īdustria fungor. qđ tu nescis vñus  
esse ex vite officiis et morte nullū officiū relinqs. nō enī cert⁹ numer⁹ quē de  
beas explere finis. Nulla vita ēnō breuis. Nā si ad naturā rep̄ respexeris  
etiā. Restoris et Sattene breuis ē. que i scribi monumēto suo iussit. Annis  
se non agint anouē vixisse. Aldes aliquē gliari senectute lōga. Quis illam

*Epistolatum*

ferre potuisset: si contigisset centesimum implere. Quomo do fabula: sic vita  
non quodiu. sed quod bene acta sit refert. Nichil ad rem pertinet quo loco desi-  
nas: quicunq; voles: desine tantum bonam clausulam impone. Vale.

*Epistola. lxxviii.* Quid multū ad bonā valitudinē amicorū p̄sentia. et  
mollis exercitatio p̄st. Et de trib⁹ iōmodis ifirmitatis et eoz remeditis.

v. Exarite distillationib⁹ crebris ac febriculis. que lōgas distillatio-  
nes: et inconsuetudinē adductas sequuntur. eo molestius michi est  
quod expertus sum: hoc genus valitudinis: quod inter initia contēsp. P̄tterat  
adhuc adolescentia iniurias ferre: et se aduersus morbos cōtumaciter gera-  
re. Deinde succubuit et eo p̄ductus sum: ut ipse distilarē: ad summā macie de-  
ductus. Sepe impetū feci ab rūpende vite patris me indulgentissimi sene-  
cīus retinuit cogitauit enim non quod fortiter mori possem. sed quod fortiter ille de-  
siderare non posset. Itaq; imperauit michi ut vivere. Aliquando enim ut vi-  
vere fortiter facere est. Que michi tunc fuerint solatia dicā. si prius hoc di-  
xerim hec ipsa quibus acquiscebā. medicine vim habuisse. In remedium  
cedunt honesta solatia. et quicqd animū erexit etiā corpori p̄dest. Studia  
michi nostra etiā etiā saluti fuerūt. Philosophie accepisti fero quod surrexi quod  
conualui: illi vitā debeo. et nichil illi minus debeo. Multū michi cōtulerūt  
ad bonā valitudinē amici: quoꝝ adhortationib⁹. vigilis sermonib⁹ alle-  
nabar. Nichil eque Lucili virorū optime. egrū reficit atq; adiuvat quam  
corū affectus. Nichil eque expectationē mortis ac metū per surripit. Non  
iudicabam me cum illos superstites relinquerem mori. Putabam inquit me  
victurum. non cum illis sed illos. nō effundere michi spiritum videbar sed  
trahere. Nec michi deberunt voluntatem adiuvandi me. et patiendi omne  
tormentum. Altoquin miserrimum est. cum animū moriendi proteceris  
non habere viuendi. Ad hec ergo remedia te confer medicus tibi quantum  
ambules. quantum exercearis monstrabit. ne indulgeas ocio. ad quodver-  
git iners valitudo. ut legas clarius et spiritum. cuius ac iter receptaculus

90

Liber Undecimus ffo. pc

laborat exerceas. ut nauiges. et viscera molli luctione concutias'. Quibus cibis utaris: Unum quando viri causa aduoces. quando intermitas ne trititet ac exasperet tussim. Ego tibi illud precipio. quod non tantum huius morbi sed totius vite remedium est. Conteni morte nichil triste est. cum huius metum effugimus. Tria hec in omni morbo grata sunt. Metus mortis dolor corporis. intermissione voluptatis. De morte satis dictum est hoc vnu diccam non morbi hunc esse. sed nature metu. Multorum mortem distulit morbus et saluti illis fuit videri perire. Morieris. non quia egrotas. sed quia vita ista te res et sanatum manet. Cu conualueris. non morte. sed valitudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodum. reuertamur. Magnos crucis eius habet morbus sed hos tolerabiles. int erruilla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit finem. nemo potest valde dolere et diu. Sic nos amississima nostri natura dispositus ut dolorem. aut tollerabilem. aut breuem faceret. Maximi dolores consistunt in marcerimis corporis partibus. Hernia. articuliq; et quicqd alius exile est. acerrime sequit cu in arto vitia coepit. Sed cito hec partes obstupescunt. et ipso dolore sensu doloris amittunt. si ne qz spiritus naturali prohibitus cursu et mutatus in peius vim suam qua viget admonetq; nos perdit. siue qz corruptus humor cum desit habere quo fluat. ita se elidit in his qz nimis ipleteuit. excutit sensu. Sic qz obdagra et Chiragra. et ois vertebrarum dolor. et neruoz. interquiescit. cu illa que torquebat hebetat. Omnis torso pia dominatio vexat. Imperio mora extinguit. et finis doelidi est obcorporeo. dentium dolor. oculorum aurium ob hoc ipsu acutissim? est. Q inter agustissima corporis nascitur non minus mehercule qz captus ipius. Sed si incitator est in alienationem soporemq; conviertit. Hoc itaq; solatum vasti doloris est. quod necesse est. desinas illum sentire. si nimis senseris. illud autem est quo imperitos in vexatione corporis male hebet. non assueverunt animo esse contenti. multum illis cum corpore fuit. Ideo vir magnus et prudens animum deducit a corpore. et multum cum meliore ac m. ff.

## Epistolarum

diminua parte versatur, cum hac querula: et fragili quantum necesse est. Sed molestia est inquis carere voluptatibus assuetis, abstinere cibo, sitire, esus rire, hec prima abstinentia grauita sit. Deinde cupiditas relanguebit ipsis perse que cupim⁹ fatigatis ac deficiētibus. Inde moros⁹ est stomach⁹. In de qui b⁹ fuit autidas cibi odii est, desideria ipsa moriorū. Non est autem acerbū carere, eo q̄ cupere desieris. Adiice q̄ nullus intermitit dolor, aut certe remittit. Adiice q̄ licet et canere futurū et obsistere imminentī remebitis. Nullus enī nō signa p̄mittit. Atiqz qui ex solito reuertit. Tolerabilis est morbi patiētia, si contēpleris id quod extremū minat. Moli mala tua fa cere tibi ipsi grauiora, et te querelis onerare. Lewis ē dolor, si nichil illi opinio, adiecerit. Contra, te si exhortari te ceperis, ac dicere nichil est, aut certe exigū est, adurem⁹, iā desiner, lenē illū dū putas facies, oīa ex opītione suspensa sit. Non ambitio tātū ad illā respicit, et luxuria, et auaritia, ad opītione, dolemius, tā miser est quisq; q̄ credidit, detrahēdas preteritorū dolorū cōquestiōes puto, et illa x̄ba. Nulli nūq̄ fuit peius quos cruciat⁹ quanta mala periuli, nemo me surrexit⁹ putauit. Quoties dep̄orat⁹ sū a meis Quoties relic⁹ a medicis In eculeū ipositi nō sic distrahitur, etiā si sūt vera ista transierunt. Quid iuuat p̄teritos dolores retractare, et miserū esse q̄ fueris? Quid q̄ nemo nō multū malis suis adiicit, et sibip̄si metit? Deinde qd̄ acerbū fuit, retulisse iucundū est. Naturale est mali sui sine gaudere Cir cuncidēda ergo duo sūt, et futuri timor, et veteris incōmoda memoria. Nec ab meā nō grinet. Id nondū in t̄p̄is posit⁹ difficultatib⁹ dicat, forlā, et hec oīt memīnisse iuuabit, toto cōtra illū pugnet aīo vīnceſ si cesserit, vīncet si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc pleriqz faciunt attrahunt in se ruinam, cui obstandum est. Illud quod premis, quod impendit, quod urget si subducere te ceperis, sequetur et grauius incumber, si contra stereſ, et obniti volueris repelletur. Athlete quantum plagarum ore quantum toro corpore excipiūt ferunt tame omnē tormentum glorie cupiditate. Nec

tantum quia pugnant ista patiuntur. sed ut pugnent. Exercitatio litora-  
mentum est. Nos quoq; euincamus omnia quorum premium non corona.  
nec palma. nec tubicem predicationi nostri nominis faciens silentius. Sed  
virtus et firmitas animi et pax in celum parta. si semel in aliquo certamine  
debellata fortuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ergo non sentis. si il-  
lum multebriter ruleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientis  
bus. sic omne fortuitum incomodum magis instat cedenti et aduerso sed gra-  
ue est. Quid? Nos ad hoc forte sumus. ut lenia portemus. Cirum vis lon-  
gum esse morbum. an coarctatum et breuem si longus est. habet intercap-  
dinem. dat refectioni locum. multis temporeis donat. Necesse est ut exurgat  
et desinet. Brevis morbus et preceps alterutruj; faciet. aut extinguetur. aut  
extinguet. Quid autem interest. non sit. an non sim? in utroq; finis dolen-  
di est. illud quoq; proderit ad alias cogitationes aduertere animum. et a do-  
lere discedere. Logita qd honeste. quiv foris feceris bonas partes tenes  
cum ipse tractat. memoriam in eaque maxime miratus est sparge. Tunc tis-  
bi fortissimus quisq; et victor doloris occurrat ille qui dñi varices execan-  
das preberet. legere libri perseverauit. ille qui non desist ride. cu ob ipm  
frati touores. omnia instrumenta crudelitatis sue experirent. Num vince-  
tur dolor ratione qui victus est risu? Quicquid nuc licet dicat distillationes  
et vim continue tussim egerentem viscerum partes. et febreim precordia ipsa  
torrentem et fistim. et artus in diuersum articulis exequitibus tortos plus est  
flamma et eculeus. et lamina. et vulneribus ipsis intumescentibus. q illa re-  
nouaret et altius urgeret impressi. Inter hec tamen aliquis no gestult ipsa  
rum est no rogauit. Paru est no respodit. paru est risit. et quidem ex aio. Ali-  
tu post hec dolorē veridere? Sed nichil inq agere sinit morb;. q de oibus  
abduxit officiis. Corpus tuum valitudo tenet. non et animum. Itaq; cursos  
ris morat pedes. lutoris aut fabri manus impedit si animus esse tibi i visu  
solet. Suadebis. docebhis. audies. dices. queres. recordaberis. Quid por-  
m. lit.

## Epistolatum

ro nichil agere te credis. si temperans eger sis. ostendens morbum posse superari. vel certe sustineri. Est michi crede virtuti etiā in lectulo locus nō tantum arma et acies dant argumenta alacris animi indomitiq; terrorib; et in vestimentis vir fortis appetet. Habes quid agis. bene luctare cui morbo. si nichil te coegerit. si nichil exhortauerit. In signe prodis exemplū. Quid magna erat glorie materia si spectaremur egrū. Ipse te expecta. ipse te lauda. Preterea sunt duo genera voluptatū. Alterum corporales morbos trahibet. non tamē tollit. immo si verū existimes incitat magis. Juuat bibe resistente. gravior est esurētib; cibus. quicqd ex abstinentia contingit quisdus excipitur. illas vero animi voluptates. que maiores certioresq; sunt nemo medicus egrō negat. has quisquis sequitur. et bene intelligit omnia sensum blandimenta contentit. In felicē egrū. Quare quia non vino niūē disluit. quia non rigore potionis sue quā capaci sypho miscuit renouat fracta susuper glacie. quia nō ostrea illi lucerna. in ipsa mensa aperiunt. qz circē cenationē eius non tumultū coquor et ipsos cū obsonitis focos transferētium. Hoc enī iam luxuria cōmēta est. ne quis itepescat cibus. nequid palato iam caloso parsū ferueat. cenā culta sequit. In felicē egrū edet quantū coquat. nō iacebit in cōspectu aper. vt vilis caro a mēsa relegatus. nec in repositorio eius pectora suis totas enī videre fastidiū est. cōgesta ponentur. Quid tibi mali factū est? Cenabis tanq; eger. immo aliquando tanq; sanus. Sed omia ista preferem⁹ facile. sorbitiōnē et aquā calidā. et quicquid alius intollerabile videat delicatis. et luxu fluentibus magisq; animo et corpore morbidis. tñ mortē desinam⁹ horrere desinemus autē. si fines honorum ac malo: si cognoverim⁹. Ita demū nec vita tedio erit. nec mors timori. Ultaz enī occupare satietas sui nō pot̄ tot res varias magnas diutinas p̄cēsentē. In odiū illā sui adducere solet iners ocū. Rerū naturā peragrandi nunq; in fastidiū veritas veniet falsa. satisabit. Rursus si mors accedit et vocat. Ille et iūmatura sit. licet mediā precidat etatē. preceptus longissime fructus est.

92  
 Cognita ex illi ex magna parte natura. scit tempore honesta non crescere  
 His necesse est videri omnē vitam breuē. qui illam voluptatibus vanis. et  
 ideo infinitis metuntur. His te cogitationibus recreas. et interim epistolis  
 nostris vacando veniet aliquid tempus quod nos iterū iungat ac misceat  
 quantūlibet sit illud. longum faciat scientia viendi. Nam ut Posidonius  
 sit. unus dies eruditōrum plus patet q̄ imperitor̄ longissima etas. Interim  
 hoc tene. hoc morde. aduersis nō succumbere. letis non crevere. omnē for-  
 tune licentia in occultis habere. tanq̄ quicquid potest factura sit. Quicquid  
 expectatum est diu leuins accedit. Vale.

**E**pistola. lxxix. De Sylla Charybdi et Atna. equale in omnibus esse  
 beatum facit. et quomodo gloria sit umbra virtutis.

e Xpecto epistolas tuas quibus michi indices circuitus Sicilie to-  
 tius quid tibi noui ostenderit. et omnia de ipsa Charybdi certiora  
 Hā Syllā quidē saxū eē et quidē terribile nauigatib⁹ optime scio. Charyb-  
 dis an respōdeat fabulis p̄scribi michi desidero. et si forte obseruaneris di-  
 gnu ē autē q̄ obserues fac nos certiores virū uno tñ vēto agat i x̄tices an  
 oīs tēpestas. atq; mare illud torqueat. et an verū fit. quiscqd illo fero turbis  
 ne arreptū est per multa milia trahi cōditū. et circa tauro mēnia nū littus  
 emergere. Si hoc michi proscripteris. tunc audēbo tibi mendare. vt in ho-  
 norem meum. Etnam quoq; ascendas quā consumi. et sensim subsidere ex  
 hoc colligunt quidam quod aliquando nauigantibus solebat ostendī. Pro-  
 test hoc accidere. non quia montis altitudo descendit. sed quia ignis euas-  
 nuit et nimis vehemens ac largus effertur. ob eadem causam fumo quoq;  
 per diem s̄gnior. Neutrū autem incredibile est. nec montem qui deuo-  
 retur quotidie minui. nec manere eundem. quia non ipse ex se est. sed in ali-  
 qua inferna conceptus vale exestuat. et alias pascitur. in ipso monte non  
 alimentum habet. sed viam. In lycia regio notissima est. Ephestion in co-  
 le vocant. perforatum pluribus locis. solum quod sine ullo nascētiū danno  
 m. llll

## Epistolatum

ignis innoxius circuit. Leta itaqz regio est: t herbida nil flamnis adurentibus. sed tantum in remissa. ac languida refulgētibus. Sed reseruemus ista tunc quesituri. cū tu michi scriperis quantū ab ipso ore montis nubes absit. quas ne estas quidē soluit adeo tute sunt ab igne vicino. Non est autem q̄ istam curā iputes michi. Morbo enī tuo datus eras etiā si nemo quidem mādaret ibi. pudor obstat etiam describi tuo carmine dñi hunc solenem oībus poetis locū attingas: quē quominus. Quidius tractaret nichil oblitus quod iam Virgilius iplerat. Nec seuerum quidē Cornelii utraqz deterruit. Oībus preterea feliciter is locutus se dedit: t qui precesserat nō prēripulisse michi videntē que dici poterat: sed aperuisse. Sed multū iteret utrū ad consumptā materiā. an ad subactā accedas. crescit in dies scientia et inueniens inuenta nō obstat. Preterea conditio optimā est ultimi parata verba inuenit que instructa nouā faciem habent nec illis manus iūcere q̄anq̄ alienis. sūt enī publica. inris consulti negat q̄e q̄ publicū usucapi. ant ego te nō noui: aut etna tibi salinā mouet. Nam cupis grande aliquid t p̄ priorib⁹ scribere. plus enī sperare modestia tibi tua non permittit. que tanta in te est vt videaris michi retractur⁹ igens⁹ tui vires. si vincēdi periculum sit: tantatibi prior⁹ reuerēta ē. Inter cetera hoc habet boni sapiētia. nō potest vinci. nemo ab altero potest vinci. nisi dum ascendit. dum ad summum pueueris parla sunt. nō est incremento locus statut. Nunquid sol sue magnitudini addicit? Nūqd ultra q̄ solet t Luna p̄c edit. Maria non crescit. Nūd⁹ eundē habitū ac modū seruat. Eratollere se q̄ iusta magnitudinē ipse vere nō possit. Quicqz fu erit sapiētes. p̄ores erit t equalis habebit vñus quisqz ex his p̄prias dotes. Ali⁹ erit affabilior. ali⁹ expeditior. ali⁹ promptior i eloquēdo. ali⁹ facūdior. Illō de quo agit qđ beatū facit. equale ē i oībus. An Etna tua possit sublab̄ i: rīn se ruere. An hoc excelsi cacumē t cōspicuū p̄ vasti maris spatia detrahat assidua vis ignis nescio. Virtutē nō flama: nō ruina iferi⁹ adducet. hec vna maiestas deprimi nescit nec p̄ferri vñ-

tra; nec referri potest. Si huius ut celestium statuta magnitudo est. Ad haec nos conemur educere. iam multum operis effectum est. Immo si verus fateri volo. non multum. nec ei bonitas est pessima esse meliora. Quis oculis glorie? Quis suscepit die, cui sol per caliginem splendet. licet contentus interim sit effugisse. tenebras. adhuc non fruatur bono lucis. Tunc anumus noster habebit quod grazulest sibi. cum emissis his tenebris. in quibus voluntate non tenui visu clara prosperabit. sed totum diem admirabitur. et redditus celo suo fuerit. cum receperit locum quem occupauit sorte nascendi. sursum illum vocant initia sua. erit autem illic. etiam antequam haec custodia exoluat. civitatis discederit. purusque ac leuis. in cognitiones emicuerit. Non enim nos agere Lucilius charissimi me. in hoc ire imperio toto. licet pauci sciant. licet nemoviuat. Gloria umbra virtutis est. etiam in vitam commutabile. Sed quemadmodum umbra aliquando antecedet. aliquando sequitur. vel a tergo est. ita gloria aliquando ante nos est. visendaque se prebet. aliquando in aduerso est. maiorque quo serior ubi inuidia secesserit. Quandiu vel debet furere. Democritus virum receptum Socratem fama. quando Catonem ciuitas ignorauit respuit. nec intellexit. nisi cum perdidit Rutuli innocentia ac virtus lateret. nisi accepisset iniuriam. dum violare effulgit. Nunquid non sorti sue gratus egit. et exiliu suu complexus est? de his loquor. quos illustrauit fortuna dum vexat. Quam multorum profectus non in noticiam enascere post ipsos. quam multos famam non exceptit. sed eruit. Aedes Epicurus quem tantopere non tantum eruditio res. sed hec quoque iperitorum turba mirat. hic ignotus ipsis Athenis fuit circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes in quadam epistola sua. cum amicitia sua. Metrodori grata commemoratione cecinisset: hoc nouissime adlectus. nil sibi et Metrodoro inter tanta bona notuisse quod ipsis illa nobilis Grecia non ignotos solum habuisset. sed pene inaccessitos. Nunquid ergo non postea quam esse desiderat invenitus est? Nunquid non opinio eius emituit: Hoc Metrodorus quoque in quadam epistola confiteatur et Epicurum non satis entrusse. sed post se. et Epicurum magnum para-

## Epistolatum

tumq; nomen habitueros. et qui voluissent per eadē ire vestigia. Nulla virtus latet. et latuisse non ipsius est damnū. Veniet qui conditam. et seculis suis mali gnitate compressam dies publicet. Paucis natus est. qui populum etatis sue cogitat. Multa annorum milita. multa populoꝝ superuentur. Ad illa re spice. etiam si omnibus tecum viventibus silentium lnuoꝝ induixerit. Venient qui sine offensa sine gratia iudicent. si qd̄ est precium virtutis ex fama: nec hoc interit. ad nos quidem nichil pertinebit. Posteroꝝ sermo. tamen etiam non hec sentientes colet. ac frequentabit. Nulli non virtus et viuoꝝ et mortuo rettuli gratiam si modo illam bona secutus est fide. si se nō exorauit et pinxit. sed idem fuit. siue ex denunciatō videbatur. siue imparatus ac subito. Nichil simulatio proficit. paucis imponit leuiter extrinsecus iduera facies. Veritas in omnem sui partem eadem est. Que decipiunt nis chil habent solidi. Tenue est mendacium. perlucet si diligenter inspexis. Vale.

**E**pistola. lxx. De exercendo in philosophia ingeni o. Et q̄ vera libertas excusso metu mortis et paupertatis acquiritur.

**H**odierno die nō tm̄ meo beneficio michi vaco. s; spectaculi q̄oꝝ molestos ad speromachia auocavit. Nemo irrumpt nemo cogitationem meam impedit. que hac ipsa fiducia pcedit audatius. Nō cresput subinde hostium. non alleuabitur velum. Licebit vnovadere qd̄ magis necessarium est per se emitti: et suam sequenti viam. Non ergo sequor: priores. facio sed permitto michi innenire aliquid et mutare et relinquere. non seruo illis et assentioꝝ. Magnum tamen verbum dixi qui michi silentii pmittebam. et sine interpellatore secretum. Ecce ingens clamor ex stadio perfertur. et me nō excutit michi. sed in ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum q̄ multi corpora exerceant. ingenia q̄ pauci. quantus ad spectaculum non fidele et luxuriosum fiat cōcursus. quanta sit circa artes bonas solitudo. q̄ imbecilli animo sint quorum lacertos humerosq; intramur.

